16

831

DISPUTATIO INAUGURALIS
De
INVESTITURA FEUDALI;

Quam,
Divinâ favente Gratiâ,
Ex Decreto & Authoritate Magnifici atq; Ampliſſimi Juriconſultorum Ordinis,

PRÆSIDE
DN. JOHANNE GRAVIO,
U. J. D. & Canonici Praxeosq́ue Profeſſore,

Pro
LICENTIA
Summos Utriusq; Juris Honores ac Privilegia Doctoralia rite conſequendi,

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

IN AULA NOVA
Ventilandam ſiſtit
CONRADUS VOLKMARUS Töpffer/
Wernigerodâ Saxo,
Ad Diem Aprilis,
Horis conſuetis,

TUBINGÆ,
Typis JOHANN-HENRICI REISI,
ANNO MDCLXXIV.

ILLUSTRISSIMIS COMITIBUS
ac DOMINIS,

DN. ERNESTO,
&
DN. LUDOVICO CHRISTIANO,

FRATRIBUS GERMANIS,

COMITIBUS IN STOLBERG,
KONIGSTEIN, RUTCHEFORT, WERNIGERODA,
ET HOHNSTEIN,

DOMINIS IN EPSTEIN, MUNTZENBERG, BREIBERG, EIMUND, LORA,
ET CLETTENBERG,

COMITIBUS AC DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS,

VITAM, FELICITATEM

Ardentiſſimè precatur,

Simulque

DISPUTATIONEM HANC INAUGURALEM,

In humilimæ Subjectionis monumentum & devotiſſimæ mentis documentum,

Humilimè offert ac conſecrat

Devotiſſimus ac Subjectiſſimus

Cliens

AUTOR.

PRÆFATIO.

CAuſas feudales magni eſſe ponderis, inquit Jaſon *in prælud. feud.* Cothmann. *vol. 5. Reſp. 1. n. 2. junct. præced. in fin.* earumq; deciſionem plerumq; difficilem, Obrecht. *de feud. in præfat.* Ex quo Juris feudalis ſtudium non ſolùm â dignitate, utilitate & jucunditate, ſed & neceſſitate admodùm cõmendant Doctores; & prolixè quidem Rittershus. *in prolegom. partit. feud.* Inter cujus inſignes materias non poſtremum obtinere locum de Inveſtitura, cum disquiſitio illius ſit ſubtilis ac nobilis, plurimasque materia hæc & elegantes & utiles pariat quæſtiones, ſcribit B. Bocer. *de Inveſtit. in partit. tract.* Idcircò operæpretium fore arbitratus ſum, ſi de illa, exantlatis, Divinâ gratiâ, examinibus, exiguas haſce theſes dictum in finem proponerem; Quod ut velis ſecundis procedat, DEUM Ter Optimum Maximum calidis veneror ſuſpiriis!

CAPUT I.

De

Definitione Nominali.

THESIS I

DE Origine vocabuli inveſtituræ non una omnium eſt ſententia. Alii cenſent, vocem hanc à Longobardis extitiſſe; ut id genus alias; & originem habere à Germanico veſt; quod Latinis ſignificat firmum; Bocer.

cer. *d. tr. c. 1. num. 15.* Grot. *de imper. Summar. poteſt. circ. Sacr. pag. 281.* ita ut inveſtire idem ſit quod confirmare, ſtabilire; & inveſtitura denotet confirmationem poſſeſſionis. Hottomann. *in Comment. de verb. feud. hoc verb.* Vols. *de vit. ſerm. lib. 3. c. 16. p. m. 481.* Lindenbrog. *in Gloſſar. Leg. antiq. eàd. voc. Inveſtit.* Ritterhus. *in partit. feud. l. 1. c. 1. q. 3. & c. 8. q. 2.* Alii Latinæ originis eſſe ſtatuunt, derivatum à veſte, quod, ut homo veſte, ita Vaſallus feudo induatur & ornetur. Inveſtire enim, quod eſt apud Plinium *l. 35. c. 7* probeque Latinum eſſe, ex hoc & aliis oſtendit Voſs. *d. tr. lib. 1. c. 11. p. m. 78.* Diſs. Ludw. *in Synopſ. jur. feud. c 8. princ.* ſignificat veſte aliqua induere; ſicut è contrario deveſtire, quo utitur Feudiſta *1. F. 7.* veſte exuere & privare aliquem feudo, & reveſtire, pro reſtituere aliquem in priſtinum ſtatum; Cujac. *ad 11. F. 2. pr.* Obrecht. *de Feud. l. 2. c. 8. n. 4.* Vult. *de feud. l. 1. c. 7. n 5. editionis anno 1617.* Calvin. *Lexic. Jur. voc. Inveſtit.* Carpzov. *Diſp. Feud. VI. ad θ. 2.* quæ notatio poſterior veriſimilior videtur. Bitſch. *ad d. II. F. 2. p. 221.* Dn. Bechmann. *in uſu pract. feud. Exercit. III. ad tit. 25.*

II.

Nomen inveſtituræ variæ eſt ſignificationis I. enim in genere ſignificat quemlibet actum, quo alicui poſſeſſio quocunque jure conceditur; cum Gl. Alciat. & Menoch. Obrecht. *d. loc.* quo ſenſu etiam quis inveſtiri dicitur de præbenda, *c. 4. X. de conceſſ. præb.* vel officio eccleſiaſtico; *c. 3. X. de his, quæ fiunt à maj. part. capit. c. 4. 5. 8. & 10. X. de Jur. Patron.* vid. Carpz. *Jur. Conſiſt. lib. 1. Tit. 4. def. 54.* Finckelthaus. *de Jur. Patron. c. 4. num. 31.* II. in ſpecie ad feudum refertur; *1. Feud. 25.* & tum vel ipſum inveſtiendi actum, aut proprie aut abuſive ſumtum, *vid. infr. th. 7.* vel inſtrumentum deſuper confectum, den Lehnbrieff/ denotat. Mozz. *de feud. tit. de Subſtantial. feud. num. 34.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 7. n. 6.* In textu autem *2. F. 1.* inveſtitura Propria dicitur Poſſeſſio per metonymiam ſubjecti pro adjuncto, traditione ſcil. poſſeſſionis ſive actu, quo poſſeſſio confertur; Dn. Tabor. *in Ichnograph. doctr. feud. part. 1. num. 30.* ut hinc ſpecialem porrò vocis hujus acceptionem pro poſſeſſione cum Obrecht. *d. loc.* conſtruere haut neceſſe ſit.

III. Sor-

III.

Sortita eſt inveſtitura hæc etiam alias appellationes: vocatur enim & inveſtitio *1. F. 26. pr. & 28.* veſtitura *in Capitul.* Caroli M. & Ludovici *lib. IV. c. 34.* Voſs. *de vit. ſerm. l. 3. c. 54. in fin.* Bitſch. *ad d. lib. II. de feud. tit. 2.* Quemadmodum quoque Andreas Knichen tractatum quendam ſuum inſcripſit: de Veſtiturarum pactionibus. Gallis dicitur Inveſtiture, â verb. inveſtir, Levin. Hulſ. *in Lex. hac voce.* Hiſpanis Enveſtitura. Voſs. *d. tr. l. 3. c. 16. in fin.* Noſtræ Linguæ vox Inveſtitura, ceu τεχνολογικὴ, etiam eſt facta communis, ut dicatur die Inveſtitur; Dn. Tabor. *in d. Ichnograph. doctr. feud. part. 1. num. 29.* ſed magis Germanice vocatur Belehnung / Belehnung der Lehnſchafft. Wehner. *in Obſerv. pract. voc.* belehnen.

Caput II.

De

Definitione Reali.

IV.

Est autem inveſtitura nihil aliud, quàm actus ſolennis, quo Dominus coram paribus Curiæ in Vaſallum, ſub præſtatione fidei, feudum transfert. Generis loco dicitur Actus; quod nomen generale eſt & factis abſolutè conſideratis, cujusmodi eſt inveſtitura ſeu traditio feudalis, competit; *l. 19. ff. de V. S. junct. 11. F. 23.* Dn. Struv. *Synt. Jur. feud. c. 8. aphor. 2.* & quidem ſolennis *II. F. 2. in pr.* verb. *ſolenniter fieri debet. & 32* ibi: *quia tamen ſine hac ſolennitate.* Ex quo apparet, inveſtituram contractum ſeu conventionem non eſſe. *arg. 1. l. 20. C. de pact. l. 3. pr. ff. de O. & A. 1. F. 25.* Ludw. *Synops. Jur. Feud. c. 8. p. 139. edit. noviſſim. de ann. 1664.* Carpz. *Diſput. Feud. 11. θ. 2.* Diſs. Vult. *de feud. l. 1. c. 7. n. 7.* Gothofr. Anton. *Diſp. Feud. IV. θ. 2.* Niell. *Diſp. Feud. IV. θ. 7. lit. B.* Reliqua verba deſcriptionis continent differentiam ſpecificam; quâ ſcilicet inveſtitura ab aliis ſolennibus actibus diſcernitur; de quo infra in explicatione formæ.

Caput III.
De Diviſione.

V.

Diſtinguitur inveſtitura varie, & quidem I. Ratione Subjecti in Simultaneam & Non ſimultaneam ſeu ſingularem. Simultanea dicitur, quâ plures de uno eodemque feudo ſimul & communiter inveſtiuntur. *1. F. 1. §. 2. verſ. quod etſi commun. & 8. §. 2. in fin. 1. F. 14. §. f. 11. F. 12. pr. & 10. ibi: ſimul inveſtiti.* Hæcque fit iterùm vel ſimpliciter, vel cum pacto mutuæ ſucceſſionis. Priori caſu alter alteri jure feudorum communi non ſuccedit, ſed feudum ad Dominum revertitur; Poſteriori, defuncto Vaſallo ſine filiis, ſuperſtes, ſimul inveſtitus, in feudum ſuccedit. *per txx. modò allegatos* Bocer. *d. tr. c. 2. num. 86.* Inde quid ſingularis ſeu non ſimultanea inveſtitura ſit, facilè conſtat. Carpzov. *diſſ. feud. VI. θ. 47.* Hodiè verò ſtrictiùs dicitur ſimultanea, quæ, occaſione Juris Saxonici, in defectu ejus conſuetudine ſpeciali in Saxonia recepta, aliisque locis, uti etiam de Marchia Brandenb. & Pomerania teſtatur Dn. Rhet. *comment. in lib. 1. Jur. Feud. p. 85. n. 4.* uſitata, & Juri Feudorum incognita. Vult. *de feud. l. 1. c. 7. num. 54.* Hartm. Piſtor. *l. 2. q. 20. num. 4. & 29. num. 32.* Dn. Struv. *Synt. Jur. feud. c. 9. aphor. 14.* Hanc appellant conjunctæ manus Inveſtituram, die ſämptliche Belehnung / Mitbelehnung / Mitbelehnſchafft. Knichen. *de Veſtit. pallion. part. 1. c. 1. num. 42.* Obrecht. *de feud lib. 2. c. 9. num. 1.* Eſtque nihil aliud quam actus, quo Dominus feudi cum conſenſu poſſeſſoris feudi unum vel plures volentes ac ſcientes, ſive ſint agnati ſive penitus extranei, de feudo inveſtit, iisque jus in feudo cum illo commune, per quod etiam ſibi invicem in eo ſuccedant, tribuit. Differt diverſimodè ab ea, quæ jure feudorum tradita reperitur. Proprium enim inveſtituræ hujus Saxonicæ eſt, ut hæc conſentiente poſſeſſore feudi, cum quo ſimul quis eſt inveſtiendus, impetretur. Obrecht. *d. c. 9. n. 23. & ſeqq.* Dn. Struv. *d. c. 9. aphor. 14. num. 1.* Deinde agnatis etiam ſimul-

ſimultaneè jam ante inveſtitis hac inveſtitura ejusque renovatione opus eſt, quotiescunque caſu contingente in feudo ſuccedere cupiunt; Ea neglectâ jure ſucceſſionis minimè gaudent, etiamſi ex primo acquirente deſcendant, ſed, agnato ſine filiis defuncto, feudum ad Dominum revertitur. Lehnrecht *c. 32.* Bocer. *d. tr. c. 2. num. 87.* Gail. *l. 2. Obſ. pract. 151. in fin.* Schneid. *in Epit. feud. part. 5. num. 20.* Dn. Struv. *citat. cap. aphor. XV.* Dn. Rhetius, *d. Comment. p. 84. num. 3.* Et hi ſimultaneè inveſtiti omnes, etiam diverſis in gradibus conſtituti, ſimul absque graduum conſideratione ſuccedunt, Dn. Rhet. *eod. tr. ad tit. 22. F. 1. p. 454. num. 13.* Quæ ſecus ſe habent jure feudali communi; Eo namque, etiam ſine conſenſu poſſeſſoris, quis de alieno feudo hac conditione inveſtiri poteſt, ut, poſſeſſore absque herede mortuo, id obtineat, *11. F. 26. §. Moribus.* Obrecht. *d. loc.* &, agnato ſine filiis defuncto, agnati ex primo acquirente deſcendentes ſuccedunt in feudum paternum, ſeorſimque inveſtituram ejusque renovationem petere poſſunt, etiamſi cum ipſo agnato ita ſimultaneè inveſtiti non fuerint. *1. F. 1. §. Hoc quoq; & 8. §. 1.* nec non *11. F. 2. §. Hi verò & 31. §. Paternum. verſ. ex latere omnes.* Bocer. *d. c. num. 88. confer.* Berlich. *part. 2. Concl. 53. num. 29.* B. Dn. Klock. *de ærar. lib. 2. c. 38. n. 38.* Quod tamen limitationes recipit: niſi conſuetudo loci diverſum ſuadeat; vel inveſtituræ ſimultaneæ Saxon. adjecta ſit clauſula: daß die nechſte Vettern im Lehn ſuccediren ſollen/vel: nach rechter Sipſchafft/id eſt, ſecundum gradus prærogativam: Tunc enim proximiores agnati excludunt remotiores. *arg. Nov. 118. c. 3. in fin.* Hartm. Piſtor. *part. 2. q. 21. num. 28. & q. 23. n. 10.*

VI.

II. Diſpeſcitur ab Objecto in Novam ſeu Primam & Veterem ſive Iteratam. *11. F. 3. 32. 91.* Vultej. *l. 1. de feud. c. 7. n. 8.* Boc. *d. tr. c. 2. num. 1. 2. 3. it. 61.* Nova dicitur, quâ Vaſallus jam primum feudum aliquod acquirit; *d. 11. F. 32. 3. & verſ. novam.* Vetus eſt feudi legitimè acquiſiti, quotiescunque mutatio aliqua circa perſonam Vaſalli aut Senioris incidit, ſolenniter promiſſione fidelitatis interveniente, facta confirmatio *dd. modò text.* Quæ à Juris feudalis Interpretibus, reſpectu Domini, vocatur Renovatio inveſtituræ, Lehns-Vernewerung/ Vult. *d. c. num. 60.* Dn. Struv. *c.*

X. aph. 1. it. Renovativa inveſtitura; Menoch. *Conſil. 66. n. 40. lib. 1.* intuitu verò vaſalli, Feudi recognitio, widerholte Empfahung deß Lehns, Dn. Tabor. *in Ichnograph. doctr. feud. p. 1. num 41.* Roſenth. *tr. de feud. c. 6. concl. 29.* vid. *tract. de Renovatione inveſtituræ* B. Ludwelli & *de recognitione feud.* Laurent. Sylvani.

VII.

III. Ratione Formæ ſubſtantialis diſtribuitur in Propriam ſeu veram & Impropriam ſive abuſivam. *II. F. 2.* Zal. *de feud. p. 6. num. 6.* Schrad. *de feud. p. 5. c. 2. num. 1.* Roſenth. *d. c. 6. 6. concluſ. 2. & 3.* Carpzov. *Diſput. feud. VI. 6. 3.* Weſenbec. *de feud. c. 8. n. 1.* Hartm. Hartmann. *Obſerv. pract. 6. l. 2. tit. 54. de F.* Beuſt. *ad leg. admonendi 31. ff. de jurejur. n. 856.* Bocer. *d. tr. c. 2. n. 70. & ſeqq.* Propria, quæ inſuper etiam vocatur realis, naturalis, eſt rei feudalis ceſſio, à Domino alicui, fidelitatem promittenti, reali ejus in vacuam poſſeſſionem inductione coram Paribus Curiæ facta; *II F. 2.* quando nimirum is corporalem poſſeſſionis feudi apprehenſionem conſequitur, Wann Er in das Lehngut geführet und eingewieſen wird. *II. F. 1.* Dn. Tabor. *d. Ichnograph. p. 1. num. 30.* Ritterhus. *lib. 1. partit. feud. c. 8. quæſt. 4.* Abuſiva iterùm dividitur in Verbalem & Symbolicam. Verbalis eſt, cum Dominus feudi alicui coram paribus curiæ certum fundum in feudum aſſignat; dicendo: Vade in poſſeſſionem illius fundi & teneas eum pro feudo. *II. F. 33.* Symbolica dicitur, quæ porrectione ſymboli ſive ſigni alicujus, v gr. ſceptri, enſis vel alius rei pro loci conſuetudine repræſentatur. Dn. Tabor. *d. Ichnograph. p. 1, n. 31. & ſeqq.* Hartm. Hartmann. *Obſ. 6. n. 3.*

VIII.

IV. Ratione Formæ accidentalis dividitur in Puram & non puram. *I. F. 2. & 9. II. F. 35.* Roſenthal. *de feud. cap. 6. concluſ. 23.* Pura dicitur, quando Dominus inveſtit Vaſallum ſimpliciter & purè, nulla conditione vel die appoſita; *II. F. 32. verſ. novam.* Non Pura eſt, cui vel dies vel conditio eſt adjecta. Sub die fieri dicitur inveſtitura, cum per eam feudum datur aut ad certum tempus, idque vel tacitè vel expreſsè; aut ex certo tempore. Hoc modo inveſtiturâ factâ, antequam dies venerit, feudi traditio peti haut poteſt.

eſt. *arg.* §. *2. l. de V. O. l. 213. ff. de V. S.* Bocer. *d. tr. c. V. n. 6. & ſeqq.* Sub conditione fit inveſtitura, quando feudum conceditur in futurum aliquem eventum incertum: ut, ſi aliquid factum fuerit vel non; *arg.* §. *4. l. d tit.* quæ conditio appoſita poſſibilis & honeſta eſſe debet. *I. F. 9. II. F. 35.* Vultej. *de feud. l. 1. c. 7. num. 44. 45.* Ludwell. *Synopſ. feud. c. 8. p. 158.* Roſenth. *de feud. c. 6. concl. 18. & c. 4. concl. 9.* Hocque caſu poſt conditionem demum exiſtentem Vaſallus feudum nanciſcitur. *l. arg. d.* §. *4.* Roſenth. *d. c. concl. 19.*

IX.

Per hanc conditionalem inveſtituram impropriè etiam confertur jus Exſpectativæ, moribus feudalibus itidem receptum; quando ſcilicet quis de feudo, quod alius adhuc poſſidet, etiam citra hujus conſenſum inveſtitur in caſum apertionis. *II. F. 26.* §. *moribus II. F. 35. verſ. ubi verò.* Vultej. *de feud. l. 1. c. 7. num. 48.* Roſenth. *de feud. c. 6. concl. 18.* Gail. *l. 2. obſ. 155.* Bocer. *d. tr. c. 8. num. 15. & ſeqq.* Zaſ. *de feud l. p. 6. num. 21.* Carpzov. *Diſp. Feud. VI 8. 36.* Dn. Struv. *Synt. feud. c. 7. aph. 4. & ſeq.* Dn. Rhetius *comment. in lib. 1. jur. feud. ad tit. 3. F. 1. p. 157. num. 3.* Dicitur etiam inveſtitura de ſucceſſionis caducitate, Matth. de Afflict. *I. F. 3.* inveſtitura proviſionalis ſive in caſum feudi quandoque aperiendi concepta, Dn. Tabor. *d. Ichnograph. p. 1. num. 34.* & ſuperinfeudatio, videlicet quod Dominus priori Vaſallo poſſidenti quaſi addat alterum & de eodem feudo inveſtiat, Dn. Struv. *d. c. 7. aph. 4.* Zabel. *Exerc. Feud. V. 8. 3. lit. a.* Dn. Bechmann. *in uſu pract. feud. Exerc. 1. ad tit. 3.* Germanicè ein Lehns-Expectanz / Geding / Anwartung eines noch unverledigten Lehns / Anwartſchafft / Gnaden-Lehn / ausgebeten Lehn: quod nimirum ſoleant ejusmodi inveſtituræ vel potius promiſſiones conditionales à Principibus impetrari & ex gratia pro benemeritis concedi. Beſold. *theſ. pract. voc.* Geding. Wehner. *verb.* Anwartung. Vocatur quoque ein Irr-Lehn; wann der Herr ſaget: Wir leihen dir das Lehngut / ſo zum erſten verlediget und uns heimb fället: Dann ſolches Lehngut gehet noch in der irre / daß Er nicht eigentlich wiſſen kan / worzu er ſich halten ſolle. Lehn-Recht, *ibiq. Gl. cap. 5. n. 17.* confer. Magnif. Dn. Maurit. Cameræ Imp. nunc Aſſeſſor, *de*

 inve-

inveſtit. poſit. 3. Dn. Adam Cortreji *Diſput. Inaug. de conceſſione Exſpectativa, Jenæ habit.*

X.

Denique dividunt quoque nonnulli inveſtituram & quidem novam in veram, quâ Dominus per ſe vel per alium reverà feudum Vaſallo cedit; & præſumptam, quæ ex lapſu 30. annorum vel Judicis ſententia reſultet. Vultej. *l. 1. de feud. c. 7. n. 8. & c. 9. num. 2.* Niell. *Diſp. feud. 4. θ. 1. & 6.* Schoner. *lib. 1. Diſp. Feud. V. θ. 91. & 103.* Carpzov. *Diſp. Feud. VI. θ. 51.* Verùm cum planè ad præſcriptionem feudi inveſtitura non ſit neceſſaria, ac præſcriptio & inveſtitura ut diverſæ ſpecies acquirendi feudi novi inter ſe opponantur, *II. F. 26. §. ſi quis.* ſententiaque Judicis non ſit modus acquirendarum rerum, ſed tantùm præcedens quædam cauſa, inſerviens modis rerum acquirendarum, *l. 3. in fin. & l. 7. pr. ff. de publ. in rem act. l. 17. ff. de uſucap. l. 11. de acquir. vel amitt. poſ.* puto cum Bocer. *d. tr. c. 2. num. 59. 60.* hanc diviſionem huc non quadrare.

CAPUT IV.
De
Cauſa efficiente.

XI.

Cauſa Efficiens inveſtituræ & quidem Remota eſt Jus feudorum: huic enim juri inveſtitura ſuos debet natales; quippe quo tam propria quam abuſiva eſt introducta; *II. F. 1. in fin. & 2. pr.*

Proxima verò eſt mutua ac reciproca inveſtientis & inveſtituram accipientis voluntas, exteriùs ſufficienter declarata. Requiritur itaque I. voluntas, quæ ut alterum actionum humanarum omnium, ita quoque inveſtituræ principium eſt. *arg. l. 55. ff. de O. & A.* Illa autem voluntas II. debet eſſe mutua & reciproca: cùm inveſtitura ſit actus correlativus, voce quidem denotans unum, at re duos implicans inſeparabiliter conjunctos. Quid enim ſi quis inveſtire velit, alter nolit accipere inveſtituram, vel contra velit quidem accipere, alter verò non ſit paratus inveſtire?

illud

illud ſanè oblatio eſſet, non inveſtitio; hoc verò votum acceptandi, non acceptatio; & ſic imperfectum utrinque negotium, nullius juris vel privativum vel translativum; *per d. l. 55. ff. de O. & A.* Et quidem III. voluntas requiritur inveſtientis: *II. F. 33.* ne eidem invito & ſine facto ſuo ſuum jus auferatur; contra juris naturalis prohibitionem *§. 1. J. de obl. quæ ex del. naſc. l. 11. ff. de R. J.* & naturalem æquitatem; *arg. §. 41. J. de R. D.* Nec minùs IV. inveſtituram accipientis voluntas: ne ei invito conferatur beneficium; contra *l. 69. ff. de R. J. d. l. 55. ff. de O. & A.* & denique V. exteriùs ſufficienter declarata: *arg. l. 5. §. 1. & 2. ff. de Cond. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* Non enim humanæ naturæ congruum eſt, ut ex actibus merè internis jus aut obligatio inter homines naſcatur: Grot. *l. 2. de J. B. & P. c. 20. n. 10.* Siquidem non eſſe & non apparere idem eſt.

XII.

Quamvis autem hæc voluntas adſit & ſufficienter ſit declarata, cum tamen nemo eo ſit animo, ut rem ſuam in alium ſine cauſa transferre velit, & nemo ſuum jactare præſumatur, *l. 25. pr. ff. de probat.* idcircò ſicut jure Civili nunquam rerum allodialium dominium transfertur nuda traditione, niſi aliqua juſta cauſa vel titulus, juris authoritate comprobatus & ad dominii translationem aptus, præceſſerit, *l. 31. pr. ff. de acquir. rer. domin.* jure feudorum quoque per inveſtituram non acquiritur Vaſallo feudum, niſi ex juſta cauſa ad acquirendum feudum idonea: *v. gr.* donatione, *arg. II. F. 23. in fin.* emtione venditione. *I. F. 1. in fin. & 2, 16, 20, 24, II. F. 12.* Boc. *d. tr. c. 2. n. 4. & 5.* Dn. Struv. *Synt. jur. feud. c. 8. aph. 3.* Roſenth. *de feud. c. 6. concl. 5. & 6.*

Caput V.

De

Perſonis, quæ inveſtituram facere poßint.

XIII.

PErſonæ, inveſtituram peragentes, vocantur in jure feudali Domini: non quod (ut vulgò credi ſcribit Hotoman. *Diſp. feud. c. 3.*)

c. 3.) dominium & proprietatem in feudis prædialibus retineant, ſed propter fidem ac reverentiam, more veterum, *arg. l. 57. ff. de donat. int. vir. & uxor. & l. 26. ff. de conſtit. pecun.* & plerumque etiam ſervitia ab inveſtitis debita, ita eos ſalutari placuit. Item Seniores; Quæ denominatio ſecundùm eandem formam nominationis, quâ Senatores & Presbyteri inſigniuntur, habita nimirum honoris potiùs & morum, quam ætatis ratione, attributa à plerisque creditur: Veriſimilior tamen videtur opinio Vult. *l. 1. d. F. c. 3. n. 15.* & Hotoman. *d. c. 3. & in comment. de verb. feud. voce Senior.* autumantium, vocem hanc Senioris in doctrina feudali eſſe ex vocabulo Longobardico Signor vel Segnor, commutato in formam vocis Latinæ. A quibusdam etiam Patroni dicuntur. Rudinger *in Lexic. Jur. feud. verb. hoc Seniores.* Quicunque autem Dominus eſt, & rerum ſuarum adminiſtratione, ſicque facultate rei tradendæ gaudet, copiâ inveſtituram faciendi pollet. *II. F. 2. l. F. 1.* Roſenth. *de feud. c. 3. concl. 2. n. 1.* Boc. *d. tr. c. 3. n. 2. & 113.* Hunn. *Diſp. feud. III. th. 2.* Cui conſequens eſt, hanc I. quibusvis rerum ſuarum Dominis eſſe permiſſam, *arg. dd. text. & DD.* Diff. Fachin. *lib. 7. controv. c. 74. in fin.* Duar. *in comm. feud. cap. 6. n. 9.* ſive perſonæ ſint Laicæ ſive Eccleſiaſticæ, *I. F. 1.* ſive in dignitate conſtitutæ ſive non, *II. F. 3. & 10. §. cateri.* ſive mares ſive fœminæ; *I. F. 1. & II. F. 3. §. fœminam quoque.* Dn. Rhet. *Comment. in lib. 1. jur. feud. ad tit. 1. f. 1. p. 50. num. 1,* de quibus ſingulis pleniùs in ſeqq.

XIV.

Excludi hinc patet (I) Tutores & Curatores; qui quamvis rerum pupillorum vel minorum liberam habeant adminiſtrationem, reverà tamen illarum Domini non ſunt, *l. 11. §. 6. quod vi aut clam. l. 21. ff. de adminiſt tutor.* resque fidei ſuæ commiſſas adminiſtrare, non alienare debent; *l. 5. & t. t. ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. & t. t. C. de præd. & aliis reb. minor.* inveſtitura autem eſt ſpecies alienationis, ſecundum Vultej. *l. 1. de feud. c. 3. n. 6. in fin.* imò ſimilis donationi; *arg. II. F. 23. in fin.* quæ Tutoribus & Curatoribus omnino eſt interdicta, *l. 16. C. de adminiſt. tut. l. 22. l. 46. §. ult. ff. eod.* non ſolùm in proprietate, ſed etiam uſufructu rerum. *l. 3. §. 4. 5. ff. de reb. eor. &c.* Et quamvis inveſtitura

ſtitura verſetur circa res immobiles, quæque his annumerantur; *II. F. 1. §. ult.* ac proinde Tutores & Curatores eas, accedente Magiſtratus cognitione & decreto, infeudare poſſe dicendum videatur, *arg. d. l. 5. & t. t. ff. de reb. eorum &c.* aſſerente id Zaſ. *de feud. part. 5. num. 41.* Schrad. *de feud part. 4. c. 1. num 4.* verior tamen eſt negativa: cùm donationes ne quidem ex decreto factæ valeant: *l. fin. C. ſi minor. maj. fact.* niſi pro pretio ad diſſolutionem æris alieni urgentis feudum dederint, Ludwell. *in Syn. jur. feud. c. 5. p. 113. in fin.* vel dignitas, aut alia etiam neceſſitas pupilli vel minoris id exigat; veluti quando vim ſuſtinet à prædonibus, nec aliter ſe & res ſuas tueri poteſt, quam vaſalli auxilio; quibus caſibus Tutores & Curatores prædia illorum, interpoſito dicto decreto, infeudare poſſe, *arg. l. 12. C. de præd. min. & ſimil.* exiſtimat Boc. *d. tr. c. 3. num. 54.* & alii, quos refert Vultej. *d. loc.* Quæ omnia intelligenda ſunt de nova inveſtitura. Sed quid de renovatione inveſtituræ? Hanc, ceu ab anteceſſoribus pupilli jam ante factam, quin Tutores & Curatores per ſe renovare poſſint, haut ambigendum: quia talis collatio non tam alienatio, quam prioris inveſtituræ confirmatio eſt. Vult. *d. c. 3. num. 2.* Zaſ. *d. p. 5. numer. 4.* Schneid. *de feud. p. 2. num. 06.* Idem (II) quoad dictam excluſionem de Procuratoribus, liberam bonorum omnium adminiſtrationem habentibus, dicendum eſt; utpote quibus quidem alienandi quoque, non autem donandi poteſtas conceſſa: *arg. l. 9. §. 4. ff. de acquir. rer. domin. l. 28. §. ult. ff. de pact. l. 3. ff. de acceptilat.* quippe novam inveſtituram donationi eſſe ſimilem, dictum eſt ſupra; Si tamen pretio accepto feudum conceſſerint, vel aliàs ad evidentem Domini utilitatem conceſſio illa ſpectet, aut poſtmodùm ratihabitio ejus intervenerit, inveſtituram ab ipſis factam ſubſiſtere, non dubitandum eſt; *arg. dd. text. & l. fin. C. ad SC. Maced.* Idque eò minùs, ſi ad hanc faciendam ſpeciale mandatum habuerint. *arg. l. 63. ff. de procurat.* Boc. *de Inveſtit. c. 3. n. 52. in fin.* Ludwell. *in Syn. jur. feud. c. 5. p. 114.* Quo ultimo modo etiam per quemvis alium inveſtitura fieri poteſt; *II. F. 3. §. 1. verſ. Sed utrum ipſe.* veluti hodie plerumque per Cancellarium, Dn. Struv. *Synt. Jur. feud. c. 8. aphor. 5. in fin.* aut ſimul Conſiliarios, Weſenb. *de feud. c. 8. n. 12.* vel quen-

dam ad id ſigillatim conſtitutum, qui hinc Præpoſitus feudorum, Lehn-Probſt/ vocatur. Giphan. *de jur. feud. c. 10. n. 6, 7.* Ex obſervantia autem Aulæ, Principatuum ac Ducatuum inveſtituras ipſum Imperatorem facere, Comitatuum verò & Baroniarum Conſilium Aulicum, ſcribit Waremund. ab Ehrenberg *de fœder. lib. 2. c. 1. num. 164.* Ut ſe aliquoties, quando fuerit in Aula Cæſarea, obſervaſſe notat Reinking. *de regim. ſec. lib. 1. cl. 4. c. 16. num. 19.* niſi Comitatus ſit Principalis, eine gefürſtete Graffſchafft; Sicuti inveſtituram Comitatus ejusmodi Montispelgardienſis nomine & mandato Dn. Leopoldi Friderici, Würtembergiæ Ducis, p. m. coram Throno Cæſareo anno 1659. ſe obtinuiſſe meminit Magnif. Dn. Myler. ab Ehrenbach *de Princip. & Statib. Imper. (edit. noviſſ.) p. 3. c. 91. num. 8. in fin.* Cujusmodi inveſtituræ etiam comprehendunt feuda, quæ Epiſcopi, Abbates & Prælati ab Imperio ſub ſceptro recognoſcunt, & ad differentiam der Fahnen-Lehn dicuntur Scepter-Lehn: adeò, ut vacante Imperio nec hujus Vicarii ſuper feudis illis ullius generis quem inveſtire poſſint; licet quoad alia ipſis poteſtas renovandi inveſtituras concedatur: Aur. Bull. Carol. *IV. tit. V. ibiq.* Dn. Dieterich *in not. verb. ſpecialiter reſervamus.* eo ſcilicet caſu, quando, durante Vicariatu, tempus petitioni inveſtituræ præfinitum *vid. infr. §. 36.* elaberetur. Rûmelin. *ad d. A. B. Diſſert. 4. th. 19.* Ludw. *de renovat. inveſtit. p. 414 in fin.* Franc. Irenic. *in Colleg. jur. publ.* ad Dn. Burgoldens. *p. 141.* Tametſi Imperatorem, vel Regem Romanum, ſi impediantur, de dictis feudis Majoribus etiam per Vicariû inveſtire poſſe arguat Receſſus Imp. de anno 1521. §. Und ſollen wir ꝛc. ibi: alsdann ſollen und wollen Wir heraus Befehl thun/ an Unſer Statt ſolche Regalien/ wie ſich gebüret/ zu verleihen/ Dn. Maurit. *de inveſtit. poſit. ult.* quam opinionem etiam amplectitur Dn. Struv. *in Synt. jur. feud. aphor. 5. n. 5.* Dn. Oldenburger. cum Limnæ. *in eod. enucleat. lib. 2. c. 18. n. 13.* Cæterùm quo minùs dicti Procuratores univerſales antiqui feudi renovationem facere poſſint, neminem contradicere inquit Roſenth. *de feud. c. 3. concl. 9. n. 5.*

XV.

Diximus II. In faciente inveſtituram requiri, ut liberam rerum ſuarum habeat adminiſtrationem, & ſic transferendi quoque poteſta-

poteſtatem. Hanc verò Jure Naturæ omnes habent, in quibus rationis eſt uſus; *l. 21. Cod. de Mand.* §. *1. de jur. perſon.* Hugo de Roy *in tr. de eo, quod juſtum eſt. lib. 2. tit. 6. n. 2.* Quod jus certum manet, quamdiu lege Civili aliud non fuerit introductum; ut factum I. Ratione Ætatis in pupillis, minoribus; Qui quidem bonorum ſuorum Domini ſunt, liberam tamen atque legitimam adminiſtrationem non habent: *l. 11. ff. de acquir. rer. domin. & l 1. pr. ff. de minor.* quia firmo judicio deſtituuntur. Qui autem aliquid qualibet ratione de rebus ſuis impeditur alienare, is nec per feudum poterit inveſtituram facere; verba ſunt Feudiſtæ *II. F. 3. pr.* Etiamſi accedat Tutorum authoritas aut Curatorum conſenſus: quia, ut ſupra dictum, feudi datio ſpecies eſt alienationis, Alvarott. *ad t. 3. F. II. num. 5.* & feudum propriè in rebus immobilibus, vel quæ his annumerantur, conſiſtit. *II. F. 1.* §. *ult.* Bocer. *d. tr. c. 3. num. 4.* Zaſ. *de feud. p. 5. num. 11.* Arum. *diſp. feud. 3. 6. 22.* Quinimò licet inſuper decretum Magiſtratus acceſſerit, nihilò tamen magis pupilli ac minores inveſtituram facere poterunt: niſi magna ad hoc neceſſitate compellantur. Vult. *d. c. 3. num. 6.* Schneidw. *de feud. p. 3. num. 83.* Inveſtituram autem veterem etiam ſine Tutoris & Curatoris authoritate & conſenſu pupillos ac minores renovare poſſe, ſtatuunt communiter DD. *per text. II. F. 3.* quod eleganter illuſtrat Hotom. *Diſp. feud. c. 3.* cùm, quod non eſt, ipſi non faciant, ſed quod eſt, renovent. *arg. l. 7. ff. de pecul. l. 3.* § *3. ff. de reb. eor. & c. l. 3. C. quand. decret. non eſt opus.* confer. Vult. *d. c. 3. num. 7.* Roſenth. *d. c. 3. concl. 8.* Zaſ. *d p. 5. num. 37.* Obrecht, *de feud. l. 2. c. 1. n. 115. & ſeqq.* Diſs. Hotom. *diſp. feud. c. 13. ad tit. 3. F. II.* Sonsb. *de feud. p. 6. n. 19. & ſeqq.* Duaren. *de feud. c. 6. n. 10.* Ludwell. *in Synopſ. jur. feud. c. V. p. 95.* II. Ratione poteſtatis (ut ſervos taceamus, utpote qui Jure Civili pro mortuis habentur, *l. 22. ff. de R. J.* nec quicquam habent proprii, ſed omne, quod acquirunt, domino acquirant § *3. I. per quas perſ. cuiq. acquir.*) etiam filiisfamiliâs dicto jure libera adminiſtrandi facultas quoad peculium profectitium adempta eſt: quippe quod tam quoad proprietatem quam uſumfructum ad patrem pertinet; §. *1. I. per quas perſ. &c.* Idem Hottom. *ad tit. 8. F. II.* affirmat de peculio adventitio regulari: cum uſumfructus ſit penes patrem; ut proinde illi

ſuo

ſuo nomine in peculiis hiſce inveſtituram facere nequeant; Quod ſecus eſt quoad peculium caſtrenſe & adventitium irregulare: quoniam illorum contemplatione habentur pro Patribusfamiliâs; adeòq; ipſis in iis competit plena & legitima adminiſtratio. *Nov. 117. c. 1. §. 1. l. 8. 5. verſ. filius autem famil.* C. *de bon. qua liber.* Vult. *d. c. 3. num. 5.* Niell. *Diſp. feud. 2. θ. 4.* Dn. Struv. *Syntagm. Jur. feud. c. 5. aph. 5.* Diſs. Bocer. quoad peculium irregulare. *d. tr. c. 3. num. 46. 47. 48.* III. Ratione morbi & quidem animi arceri conſtat furioſos, mente captos, *arg. l. 5. & l. 40 ff. de reg. Jur.* & prodigos, quibus à Magiſtratu bonis interdictum eſt. *l. 10. ff. de Curat. fur.* per rationem *in l. 12. in fin. ff. de tut. & curat. dat.* Quod tamen in furioſis fallit, ſi tempore intervalli ſanæ mentis quid geſſerint, *arg. l. 6.* C. *de Cur. furioſ. & §. 1. I. quib. non eſt permiſſ.* Surdi autem & muti, ſi percipiant, quid feudum ſit, quo minùs id conſtituere deſuperque inveſtituram facere poſſint, nihil impedit, *arg. II F. 3. l. 48. & 51. ff. de O. & A. l. 43. pr. ff. de procur. §. fin. I. de hered. qual. & diff.* vid. Dn. Struv. *d. tr. c. 5. aph 4. num. 5.* Vult. *d. c. 3. num. 8.* Roſenth. *d. c. 3. concl. 7. num. 1. Diſſ.* Hotom. *3. de feud. c. 13.*

XVI.

Perſonæ autem inveſtituram facientes ſive ſint Eccleſiaſticæ ſive Seculares, nihil intereſt. *I. F. 1.* Eccleſiaſticas enim perſonas de rebus propriis & patrimonialibus bonis inveſtituram facere poſſe traditur *II. F. 35. pr.* Hotom. *ad tit. 3. F. II.* Zaſ. *de. feud. p. 51. 55.* idque indiſtinctè & abſolutè: Vult. *de feud. l. 1. c. 3. n. 10.* quoad propria enim pro Laicis habentur, neque Eccleſiæ privilegiis, ſed jure communi utuntur; Schrad. *de feud. p. 4. c. 2. num. 2.* De bonis verò Eccleſiaſticis diſtinctè; de quo θ. *ſeq.* Inter illas autem primum obtinet locum Pontifex Romanus; cujus quidem nulla fit mentio in Libris feudorum, appellatione tamen Archiepiſcopi comprehenditur; *c. in tantum. Diſtinct. 21. junct. I. F. 3.* Bocer. *de qual. & differ. feud. c. 2. num. 5.* & cum immenſam poteſtatem ei tribuant Pontificii, de qua dubitare, apud ipſos ſacrilegium eſt, hinc non tantùm ſuas aut ſedis Papalis, ſed etiam omnium Eccleſiarum, quæ ipſum recognoſcunt, res immobiles, etiam non infeudari ſolitas, infeudare poteſt; *arg. c. 2, verſ. præter hac de ſentent. & re jud. in 6.*

in 6. Etenim cum omni Prælato in poteſtate & Jurisdictione concurrit, *per c. patet. c. nemo c. cunct. IX. q. 3.* Dn. Struv. *d. Syntagm. c. V. aph. 8.* Obrecht. *de feud. l. 2. c. 1. n. 12.* Auguſtin. Barboſa *ad. c. 20. q. 2. 12. n. 5.* & omnium Eccleſiarum dicitur eſſe Dominus. ſecundum Matth. de Afflict. *ad tit. 1. F. I. num. 16.* Quod ſi tamen res Eccleſiæ ſit pretioſa & magni valoris, veluti ampla civitas vel provincia, tunc Cardinalium conſilium adhibendum eſſe monet Bald. *in l. pen. num. 3. in fin. C. de bon. quæ lib. c. cum redempt. XI. q. 2.* Mozz. *de feud. ad tit. 1. F. I. num. 3.* Curt. jun. *de feud. p. 2. q. 11. num. 5.* Cæterùm Imperatores & Reges inveſtituram Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum ac Prælaturarum id genus aliarum ſibi ipſis vindicaſſe, usque dum per Concordata (uti vocantur) nationis Germanicæ, tempore Friderici III. Imp. facultas illa Nicolao V. Pontifici, relictâ ſolùm Imperatori inveſtiturâ de Regalibus, fuerit ceſſa, hiſtoriâ & ritu adducto latè oſtendit Dn. Struv. *d. Synt. c. 3. aphor. 7. & c. 5. aph. 8.* Dn. Rhet. *Comment. in lib. 1. jur. feud. tit. 14. verb. ab Imper. p. 411.* A qua tamen ceſſione Archi: & Epiſcopos ac Prælatos poſtulatos & electos Auguſtanæ Confeſſioni addictos excipi, totamq; inveſtituram ab Imperatore fieri debere cautum eſt Inſtrumento Pacis Cæſareo-Suec. *art. V. §. 21.* Et quamvis plurimas Italiæ ditiones à Pontifice etiamnũ jure feudi conferri conſtet, ipſum tamen Imperium Romanum feudum ejus eſſe dici nequit; non obſtante *c. 34. X. de Elect. & elect. poteſt. c. 2. de ſent. & re jud. in 6. Clem. un. de jurejur. II. F. 100.* vid. Otto *de jur. publ. c. 4. & ſimil. b.* Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1. cl. 2. c. 4. 5.* Sed num Legatus de Latere res Eccleſiarum ſuæ legationis inveſtire poſſit? Affirmat hoc Matth. de Afflict. *ad tit. 1. F. I. n. 52.* eò quod in provincia ſibi decreta eandem cum Pontifice poteſtatem exercere exiſtimetur; *c. 1. & ult. de Offic. Legat.* Negativa tamen ſententia verior videtur: quoniam Legatus de Latere Jura Eccleſiarum, tametſi legationi ſuæ ſubjectarum, tollere nequit: ſecundum Bald. *ad tit. 1. F. I.* Vult. *de feud. l. 1. c. 3. n. 10.* Schrad. *de F. p. 4. c. 2. num. 5.* niſi ſpecialem fortè à Papa infeudandi habeat poteſtatem: quia tunc non ſuo ſed Pontificis jure utitur. Mozz. *ad tit. 1. F. I. num. 11.* Obrecht. *de feud. l. 2. c. 1. num. 19.* Roſenth. *tr. feud. c. 4. concl. 16. n. 4.*

XVII.

Cæteri etiam Eccleſiaſtici, ut Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ, Præpoſiti, de bonis ſuis propriis, ſi quæ habent, inveſtituram facere poſſunt; *II. F. 3. & 35.* quod & de feudis Imperii Regalibus, quæ tenent, dicendum; ſecundum ea tamen, quæ de Principibus & ſimilibus dicentur *th. XIX.* De bonis verò Eccleſiæ non una Interpretum eſt ſententia: Alii enim ſtatuunt, bona illa à Prælato Eccleſiæ ſine Capituli conſenſu infeudari non poſſe: eò quòd Prælatus eadem absque illo alienare prohibeatur; *c. 2. de reb. Eccleſ. non alien. in 6.* Alii diſtinguunt inter res infeudari ſolitas & non ſolitas. Schneid. *de feud. p. 2. n. 4. & ſeqq.* Bocer. *de qualit. & diff. feud. c. 2. n. 18. & ſeqq. it. de inveſt. c. 3. num. 61.* Quænam verò res ſint tales, Iudicis arbitrio committendum eſſe putat Roſenth. *de feud. c. 4. concl. 29.* Fachin. *lib. 7. contr. 67.* Et quamvis diſtinctio hæc communi DD. calculo dicatur approbata, Bocer. & Fachin. *dd. loc.* Bitſch. *ad tit. 1. Feud. 1. & DD. paſſim*, non tamen ſine ratione amplectenda videtur ſententia Vult. *de feud. l. 1. c. 5. num. 14. verſ. verum enimverò.* qui res quascunque Eccleſiaſticas, etiam infeudari non ſolitas, exceptis titulis, decimis, *vid. tamen infr. th. 32.* & primitiis, in feudum dari poſſe ſtatuit: modò Eccleſiaſtica perſona antiquitus habuerit poteſtatem infeudandi, *arg. 1. F. 1. & 6. II. F. 35.* Dn. Rhet. *comment. in lib. 1. Jur. feud. p. 54. num. 4. & ſeqq.* & circa dictas res non ſolitas Capituli conſenſus adhibeatur; juxta. *c. ſine exceptione XII. q. 2. c. 8. X. de reb. Eccleſ. non alienand.* confer. Hunn. *4. de feud. th. 36.* Quoad ſolitas verò communior & receptior eſt opinio, Prælatos de iis, etiam propria authoritate, ſine dicto conſenſu inveſtire poſſe; *c. 2. X. de feud.* Zaſ. *de F. p. 5. num. 47.* Obrecht. *de feud. l. 2. c. 1. num. 26. 27.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 21.* Schrad. *de feud. p. 4. c. 2. num. 33.* Vult. *l. 1. c. 3. num. 11.* Bocer. *de qual. & diff. feud. c. 2. n. 22.* Diſs. Schneid. *de feud. p. 3. n. 28.* Curt. jun. *de feud. p. 2. q. 2. circ. fin.* quas conſanguineis quoque ſuis ita conferre poſſunt; *arg. d. c. 2.* Chriſtinæ. *vol. 6. deciſ. 8. num. 14. & ſeqq.* quam communem eſſe opinionem teſtatur Curt. *d. p. 2. q. 7.* & Mynſing. *5. obſ. 47.* Eademque facultas res ſolitas infeudandi etiam Capitulo vel Collegio, Prælaturâ vacante, competit; *arg. c. 2. &*

14. X.

14. X. de Major. & obed. ibique DD. niſi ſit Eccleſia Cathedralis, quam, ſede vacante, infeudare non poſſe putant *arg. t. t. X. Ne ſed. vac. aliq. innov.* Dn. Struv. *d. tr. c. 5. aph. 9. n. 6.* Ludw. *Syn. feud. p. 104.* ubi limitationes annectit. Monachos quod attinet, licet illi etiam ſub perſonis Eccleſiaſticis comprehendantur, Tholoſ. *partit. Jur. Can. lib. 2. tit. 9. c. 1. & 3.* inveſtituram tamen non magis facere poſſe, quam ſervos, expeditum eſt: *arg. l. F. 3. pr.* cum ingreſſi monaſterium rerum ſuarum dominium in iſtud transtulerint & nulla bona habere poſſint. *Nov. 5. c. 5. Auth. ingreſſi C. de SS. Eccleſ. Auth. Nunc autem C. de Epiſc. & Cler. c. 2. 6. in fin. X. de ſtat. monach.* Vult. *d. c. 3. n. 12.* Roſenth. *d. c. 3. concl. 4. n. 2.*

XVIII.

Inter ſeculares quin omnis dignitatis & Nobilitatis fons, Imperator Romanus, de bonis ſuis propriis ac patrimonialibus aliquem quibuscunque pactis & conditionibus inveſtire poſſit, extra omnem dubitationis aliam poſitum eſt. Vult. *de F. l. 1. c. 3. n. 13.* Hotoman. *illuſtr. quæſt. 1.* Rittersh. *partit. feud. l. 1. c. 5. q. 15. 16.* Bocer. *de Inveſt. c. 3. num. 95.* Et quamvis de bonis Imperio immediatè ſubjectis idem ſtatuant per *text. I. F. 7. 14. II. F. 10.* Vult. *d. c. 5. num. 15.* Scheidw. *de feud. q. 1. num. 32.* Obrecht. *de feud. l. 2. c. 3. num 54.* Ludwell. *d. tr. c. 5. p. 106.* ſive bona in feudum concedi ſint ſolita ſive non, Schrad. *de F. p. 4. c. 1. num. 7.* modò hæc infeudatio ex certa fiat ſcientia & Imperio jus ſuperioritatis reſervetur, Obrecht. *citat. loc* nec vergat in detrimentum Imperii; Zaſ. *de. F. p. 5. n. 15.* Schrad. *d. c. 1. n. 22. confer.* Bodin. *l. 1. de Rep. c. 9.* attamen in Imperio noſtro hodie ita ſe habet, ut Electoratus quidem Secularis, ei apertus, ab Imperatore alteri cuidam, obſervatis quoque, ſi adſint, pactis Familiarum de ſuccedendo & exſpectativis jam ante conceſſis, ſuadente Imperii utilitate, ne numerus Electorum minuatur, rurſus in feudum neceſſariò ſit concedendus, hocque etiam reliquorum Electorum conſenſu haut requiſito, fieri poſſit: Tametſi bene & tutò fiat, ſi velit Imperator; Aur. Bull. *Carol. IV. t. 7. circ. fin. verſ. Si verò aliquem ibiq.* Dn. Dieterich *verb. devoluta.* De reliquis verò feudis, quæ Imperio aperiuntur, Capitulationibus Imperatorum diſertè cautum eſt, quod abſque conſenſu Electorum iterùm aliis non concedi, *Capit. Ferd. IV. art. 30.* ſed

 ad

ad uſum Imperii & Imperatorum ſervari debeant. *cap. Car. V. art. 24. Ferd. II. art. 28. Ferd. III. art. 32.* quarum verba hæc ſunt: Wann auch Lehn dem Reich und Uns bey Zeiten Unſerer Regierung eröffnet und lediglich heimfallen werden / ſo etwas mercklichẽs ertragen / als Fürſtenthumb / Graffſchafften / Herrſchafften / Städte und dergleichen / die ſollen und wollen Wir ferner niemand verleihen / ſondern zu Unterhaltung deß Reichs / Unſer und ander Nachkommen der König und Kayſer behalten / einziehen und incorporiren / biß ſo lange daſſelbe Reich wieder zu Weſen und Auffnehmen kömpt. *Confer.* Dn. Dieterich *d. loc.* Dn. Struv. *Syntagm. feud. c. 5. aphor. 6. & num. ibid. 1. 2. 3.* Dn. Mylet. ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imper. p. 3. c. 91. num. 17.* Diſs. Bocer. *de inveſtit. c. 3 num. 71.* Bona autem ſubditorum Imperator, quod etiam nec velle præſumitur, auferre & alteri in feudum dare non poteſt, *arg. I. F. 7. & l. 3. C. de reſc. vendit. l. 5. C. de revoc. don.* Dn. Struv. *d. tr. c. V. aphor. 6. num. 4.* ne quidem ex plenitudine, ut vocant, poteſtatis: Hotom. *illuſt. queſt. 1.* Zaſ. *ad l. 31. de leg. I. num. 13.* Pruckman. *de regal. c. 4. effect. 5.* Gail. *2. obſ. 56.* Arniſ. *l. 3. de jur. maj. minor. c. 11.* niſi publica & evidens Reip. utilitas & neceſſitas, cui aliter ſubveniri non poſſit, exigat, ut de bonis ſubditorum feudum conſtituatur; modò hoc in caſu juſtum Dominis refundatur pretium. *arg. l. 13. §. 2. ff. comm. prædior.* Gail. *d. Obſ. num. 8.* Grot. *de I. B. & P. l. 2. c. 14. num. 7. 8.* Schrad. *de feud. p. 4. c. 1. num. 29. 30.* Obrecht. *l. 2. de feud. c. 3. num. 20. 21.* Diſs. Zaſ. *ad d. l. 31.* Arniſ. *d. c. 11. num. 11. 12.* Ut nihil dicamus, Imperatori, quoad inveſtituram faciendam, æquales eſſe Reges quoslibet, in ſuis regnis ſuperiorem non recognoſcentes, qui eandem majeſtatem & privilegia in illis habent, quæ Imperator in Imperio; imò plus juris in eo habent, quod regna ad hæredes ſuos transmittant, Imperator verò ſit ex electione. Zaſ. *de feud. p. 5. num. 4. & 5. c. per venerabilem X. de Elect. & elect. poteſt.* Schrad. *d. c. 1. num. 44. 45.* Obrecht. *de F. l. 2. c. 1. n. 40. 41.* Quod inveſtiendi jus etiam obtinet in Rebuspublicis, pariter ſuperiorem non agnoſcentibus. Curt. jun. *de feud. Laicorum p. 2. num. 8.* Arum. *diſp. F. 3. 6. 12. & 13.*

XIX. Poſt

XIX.

Poſt Principem ſummum ſive Imperatorem omnes illi, qui feuda aliqua habent, hæc iterum infeudare poſſunt; *II. f. 3. pr.* Sive ſint Capitanei Regis vel Regni; quales ſunt Duces, Marchiones, Comites; *I. F. 1. pr.* Sive ſint (barbara & illota voce) Valvaſores majores, *I. F. 7. & 17.* qui etiam vocantur Regis vel regni Valvaſores, *I. F. 1. pr.* item ſimpliciter Capitanei; *d. pr. & I. F. 18. II. F. 10.* quales appellantur, qui vel à dictis Regni ſive Regis Capitaneis, vel etiam à Principe de plebe aut parte aliqua plebis inveſtiti ſunt; *II. F. 10.* ut eſſe Barones & Dominos territoriorum, qui vulgò dicuntur Land-Herren & veteri idiomate Banner-Herren/ exiſtimat Obrecht. *de feud. l. 2. c. 3. n. 28.* Sive ſint Valvaſores minores, qui ſcilicet à Valvaſoribus majoribus feuda accipiunt; *I. F. 1. §. Dux.* Weſenb. *de feud. c. 4. num. 3.* A quibus porrò feuda conſequentes nominantur Valvaſores minimi & Italico vocabulo Valvaſini, quaſi Vaſalli minimi. *I. F. 15. II. F. 10.* De quarum vocum origine & ſignificatione vid. quoque Zaſ. *de feud. p. 3. n. 10.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 4. num. 14.* Rittersh. *partit. feud. l. 1. c. 5. q. 15.* Ruding. *in Lex. feud. his vocab.* Hodie autem, mutatâ Imperii Rom. formâ, Principes, Duces & Comites ſublimi territorii jure, quo Provincias & territoria tenent, rurſus in iis particularia quædam feuda, etiam abſque Imperatoris conſenſu, conſtituere, nedum, quæ ipſis aperiuntur, aliis conferre poſſunt. Dn. Struv. *Synt. jur. feud. c. 5. aph. 10.* Idem de Baronibus Imperii dicendum: cum præter diſcrimen præcedentiæ æquiparentur Comitibus. Reinking. *de Regim. ſecul. lib. 1. cl. 4. c. 15. n. 31. & 54.* Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 2. n. 23.* Qua inveſtiendi poteſtate etiam Nobiles Imperii immediatos, die Freye Reichs-Ritterſchafft in Schwaben/ Francken / Rheinſtrom und Elſaß/ nec non liberas Imperii Civitates in territoriis ſuis pollere palam eſt. *per not.* Dn. Klock. *de contribut. c. 5. n. 52.* Gail. *2. obſerv. 62. n. 3.* confer. *Diſput. inaugur. de crim. praeſcript. θ. 8.* Præſide Magnif. nunc Univerſitatis hujus Rectore, Dn. D. Lauterbach/ Patrono & Præceptore meo ætatem maximè deveneranda, *& Diſp. inaug. de Salv. conduct. judic.* ſub Præſidio itidem Excellentiſſimi Dn. Præſidis θ. *20. & ſeqq.*

XX.

Nihil quoque juxta *θ. præced. 13.* refert, utrum inveſtientes in dignitate ſint conſtituti, an non: *II. F. 3. & 10. §. cæteri.* Nam & quilibet privatus, etiam ignobilis & ruſticus, res ſuas aliis in feudum dare poteſt: modò rerum ſuarum liberam habeat adminiſtrationem. *arg. II. F. 3. junct. l. 21. C. mandat. L. 2. in fin. ff. ſi à parent. quis manumiſſ.* ubi quilibet rerum ſuarum moderator & arbiter eſſe dicitur. Deinde Valvaſinis poteſtas ſubinfeudandi tribuitur. *II. F. 10.* ubi plebeji diſertè appellantur. Multò magis igitur id de rebus propriis, quas pleno jure poſſident, eos ſcilicet inveſtituram facere poſſe, aſſerendũ eſt; vid. Roſenth. *de feud. c. 3. concl. 2. n. 2.* Boc. *d. tr. c. 3. n. 112. & ſeqq.* Zaſ. *de feud. part. 5. n. 31.* Schrader *d. c. 1. n. 51.* Hartmann. *Obſ. pract. 2. l. 2. tit. 54. de Feud.* Dn. Rhet. *Comment. in Lib. 1. Jur. feud. p. 124. n. 2. & ſeqq.* Tametſi hoc in ruſticis tunc demum, ſi conſuetudo regionis id ferat, admittere videatur Dn. Tabor *in ichnograph. doctr. feud. p. 1. num. 24.* Neque enim facultas illa inveſtiendi ad eos, qui in dignitate ſunt conſtituti, *d. I. F. 1.* reſtringitur, ſed ad plebejos etiam eam extendi, alio textu modò oſtenſum eſt; quo ipſo tamen hi non jurisdictionem, jure magiſtratus competentem, contra *l. 3. C. de jurisd.* ſed ſingularem feudalem, eamque non tam privatorum conſenſu, quam ipſo jure feudali tributam, conſequuntur. Ludwell. *Syn. feud. p. 136.* Dn. Struv. *Synt. jur. feud. c. 5. aph. 3. n. 5.* Dn. Rhet. *d. p. n. 8.*

XXI.

Denique eâdem *θ. 13.* dictum eſt, nullam quoque hîc rationem Sexus eſſe habendam; *II. F. 3. §. 1. verſ. fœminam. I. F. 1. & 6. II F. 91.* Vult. *de feud. l. 1. c. 3. n 9.* Roſenth. *de F. c. 3. concl. 3.* Hottomann. *Diſp. feud. 13. in fin.* Rittersh. *d. c. 5. q. 22.* quod tamen in fœminis limitant DD. niſi luxurioſè atque impudicè vivant & bona ſua prætextu feudi in amatorem transferre velint: tunc enim eis id non permitti, *arg. l. 15. ff. de Cur. furioſ.* Zaſ. *de F. p. 5. n. 33.* Schrad. *p. IV. c. 2. n. 59.* Vult. *d. loc. in fin.* vel niſi ex forma ſtatuti alienare prohibeantur: quia cui alienare, illi etiam infeudare prohibitum ſit. *arg. II. F. 3.* Schneid. *de F. p. 3. num. 73.* ubi, ſententiam hanc magis communem & ab ea in ju-

dicando

dicando recedendum non eſſe, addit. De Jure autem Saxonico, abſque mariti vel alterius curatoris ei adjuncti conſenſu, eas feudum conſtituere non poſſe, præterquam ſi ſint Illuſtres, notat Schulz. *Syn. feud. c. 4. num. 25.* Carpzov. *Jurisp. for. p. 2. conſt. 15. def. 9.* Omnesque vaſallos & ſubvaſallos, etiam fœminas, de feudis ſuis rurſus alios inveſtire poſſe, oſtendit Kohl. *de ſubfeud. c. 1. n. 10. & ſeq.* ibique Guilielm. Anton. *latiùs in not. lit. I. & K.* Idque ad perſonam quartam usque fieri poſſe, ut feuda naturam quidem proprii contineant, opinatur Bocer. *de inveſt. c. 3. n. 123. in fin. per text. I. F. 7. §. ult. & II. F. 10. verſ. Sed hodie.* qui etiam verba, in infinitum, *tit. 34. §. ſimiliter eod. lib.* ita intelligenda eſſe putat; Quamvis illa communiter idem eſſe hîc, quod, uti aliàs in jure Civili, in indefinitum, ſive non definito certo gradu aut numero, explicet Bitſch. *in Comment. ad conſuetud. feud. d. §.* In plerisque tamen Curiis ex ſpeciali conſuetudine ſubinfeudationem ultra perſonam tertiam non extendi, refert Obrecht. *de feud. l. 3. c. 10. n. 5.* ubi etiam in vaſallo, ut ſubinfeudare poſſit, neceſſarium eſſe, ne ſit jam ſenio confectus vel alia ex cauſa ad relinquendum ſobolem ineptus, ſtatuit cum Jacobin. de S. Georg. Hartm. Piſtor. & aliis ab ipſo citatis. Præter quod tamen ulteriùs requiritur, ut ſubinfeudatio ejusdem conditionis perſonæ, *II. F. 26. §. beneficium.* eâdemque lege, quâ vaſallus ipſe feudum accepit, *II. F. 34. §. profecto.* & ſincerè fiat; *d. §. beneficium & d. tit. 34. §. ſimiliter*, de quo Bocer. *d. c. 3. n. 122.*

CAPUT VI.

De

Perſonis, quæ Inveſtituram accipere poſſint.

XXII.

PErſonæ, inveſtituram accipientes, diverſa in Libris feudorum ſortiuntur nomina: Modò enim vocantur milites: *I. F. 19. 21. pr. II. F. 27. §. 3.* quia feuda plerumque militibus data fuerunt; item Vaſalli

Vaſalli; *II. F. 14. 21. 26. 30.* de cujus vocis origine vid. Dn. Struv. *d. tr. c. 5. aph. XII.* Vult. *de F. l. 1. c. 4. n. 12.* Dn. Bechmann. *in uſu pract. feud. Exerc. 1. ad tit. 4.* Dn. Rhet. *Comment. in Lib. 1. Jur. feud. p. 70. n. 3. & ſeqq.* Hotom. *in Lex. verb. feud. verb. Vaſall. ut & in Diſp. feud. c. 2.* Voſſ. *de vit. ſerm. b. voc.* fideles, *I. F. 1. II. F. 4. 10.* clientuli: *I. F. 13. 10.* quia in Domini clientela quodammodo eſſe videntur; beneficiati: *II. F. 55. pr.* quia beneficio feudi ſunt affecti; item infeudati, feudatarii, & dicto certo reſpectu Capitanei, Valvaſores, Valvaſini. Hotom. *de verb. feud. verb. beneficiatus.* confer. Dn. Rhet. *d. tr. p. 194. n. 3.* De accipientibus his JCtus Feudiſta, Perſonam, inquit, inveſtituram accipientis non diſtinguimus: *II. F. 3. §. 1. in fin.* ſcil., ut in perſona inveſtituram facientis, an legitimam bonorum ſuorum adminiſtrationem habeat nec ne, *eod. tit. pr.* ſed inveſtituram licet accipere unicuique. Hinc generalis tradi poteſt regula: Omnes accipere poſſe inveſtituram, cujuscunque ſint ſexus, qualitatis, ætatis, aut conditionis: Vult. *d. F. l. 1. c. 4 n. 4.* Boc. *d. c. 3. n. 131.* Dn. Struv. *d. loc.* Arum. *Diſp. feud. 3 th. 3.* Weſenb. *de F. c. 5. n. 1.* niſi jure prohibeantur; de quibus *in ſeqq.*

XXIII.

Ex regula ergò modo adducta patet, quod nulla diſcriminis quoad accipientes ſit attendenda ratio, & I. quidem Sexus: Hinc nō tantùm mares, ſed & fœminæ inveſtituram accipere poſſunt; *II. F. 17. 30. 50.* quæ olim ſecundum primævam feudorum originem inveſtituræ capaces non erant; Vult. *d. c. 4. n. 1.* Mynſing. *cent. 6. Obſ. 100. n. 9.* Sichard. *conſ. feud. 1. n. 91. & conſil. 7. n. 2.* hodiè autem quin de feudis inveſtiri poſſint, nulla amplius eſt dubitatio: non ſolùm quod id uſu ſit receptum, ſed & propter text. feudales expreſſos, ante citatos. Zaſ. *de feud. p. 5. n. 65.* Schrad. *de feud. p. 4. c. 3. n. 7.* Roſenth *de F. c. 3. concl. 3. num. 3.* Et videtur Dominus, fœminam inveſtiens, tacitè admittere, ut ſervitia feudalia, ad quæ ipſa idonea minùs eſt, per ſubſtitutum præſtet; *DD. dict. locis.* Ut hinc, nec hermaphroditum, uter in eo ſexus prævaleat, tametſi ipſum nec marem nec fœminam eſſe dixerit Alex. Imp., ab inveſtitura accipienda excludi, palàm ſit. *arg. l. 10. ff. de ſtat. homin. l. 15. ff. de teſt.* Borcholt. *de feud. c. 5. n. 45.* Ludw. *Syn. jur. feud. c. 6. p. 115.*

XXIV.

Nec II. Qualitatis diſcrimen attendendum eſt: Nam & furioſi, mente capti, ſurdi, muti, cæci, claudi, aliæque id genus perſonæ, ad ſervitia feudalia vel planè non, vel non ſatis idoneæ, inveſtituram accipere poſſunt, Zaſ. *de feud. p. 5. num. 66.* Bocer. *d. c. 3. num. 134.* Roſenth. *d. c. 3. concl. 8.* & quidem furioſi vel mente capti, quia non habent intellectum, per curatorem; *l. ult. C. de cur. fur.* cæteri verò, ut & prodigus, cum talis non ſit acquirendo, *arg. l. 5. §. 1. ff. de acquir. vel omitt. hered.* etiam absq; curatoris interventu: Dn. Struv. *d. c. 5. aph. 14.* Obrecht. *de F. l. 2. c. 2. num. 26.* Quando enim Dominus novam inveſtituram in perſona, vel animi vel corporis defectu laborante, qualitatis illius probè gnarus, facit, gratiam ei hanc exhibere ac permittere præſumitur, ut per ſubſtitutum debita ſervitia præſtet: *arg. l. 2. ff. de Jurid.* Roſenth. *d. c. 3. concl. 8.* ſibi namque, ſi conqueri velit, imputet, quod minùs idoneis inveſtituram fecerit. *arg. l. 23 ff. de min.* Antiquum verò feudum recognoſcere mutus, ſurdus, cæterique ſimiles nequeunt: Ab initio enim, juxta communem feudorum naturam, quis non inhabilis hac conditione inveſtitur, ut Domino fidem & ſervitia præſtet: *II. F. 3. §. ult. & 23. §. ult.* quando namque ad imperfectum devolvitur ſucceſſio, eò res venit, ut conditio illa impleri non poſſit; deficiente autem perſonæ conditione, quæ beneficio locum facit, ipſum quoque beneficium deficit: *l. 68. ff. de reg. jur. junct. II. F. 34. §. ſed non,* adeò, ut, cùm perſonæ induſtria electa eſſe intelligatur, nec per ſubſtitutum feudalia ſervitia præſtare permiſſum ſit. cum Andr. de Iſern. & Hartm. Piſtor. Obrecht. *d. c. 2. num. 39. & ſeq.* Ex quo ſua ſponte ſequitur, ſi feudum à ſervitiis ſit liberum, aut aliàs illud, vel dictæ perſonæ ipſæ ita comparatæ, ut poſſint ea, quæ ratione feudi exiguntur, præſtare, illas à recognitione iſtius non excludi. Dn. Struv. *d. c. 9. aph. 10. in fin.* ſecundum Roſenth. & alios *ibid. cit.* Obrecht. *d. c. n. 44.*

XXV.

Neque III. Ætatis facienda eſt diſtinctio: *arg. II. F. 3. 26. §. ſi minori* Hinc infans ſui favore, præter rigidam aliàs juris rationem, authoritate tutoris inveſtituram accipere poteſt. *arg. l. 32. §. 2. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* Bocer. *d. c. 3. num. 135.* Schneidw. *de feud.*

p. 3. num. 100. Diſs. Vult. *d. c. 4. num. 6.* Zaſ. *de feud. p. 5. num. 66.* Quod ſi autem infans adhuc in patris ſui poteſtate ſit conſtitutus, poterit tamen pater, ſi ei videbitur è re infantis eſſe, nomine ejus inveſtituram accipere; *arg. l. 18. pr. C. de jur. delib.* quamvis infans, authore patre, ad ſervitia non obligetur. *arg. §. 10. in fin. I. de inutil. ſtipul. l. fin. §. 2. ff. de verb. Oblig.* Infantiæ verò vel pubertati proximi etiam ſine tutorum authoritate inveſtituram accipere poſſunt; *arg. pr. I. de author. Tutor.* juramento fidelitatis ad annum usque 14. ætatis tranſactum ſuſpenſo; *arg. II. F. 26. d. §. ibiq.* Bitſch. *junct. §. ſeq. & II. F. 55. §. Præterea ſi infeudatus.* Ei tamen, ut Domino feudi ad ſervitia etiam perſonalia ipſis poſſibilia, nedum realia, obligentur, opus eſt. *arg. d. pr. l. 41. ff. de cond. indeb. l. 59. ff. de Obl. & act.* Id quod de minoribus quoque, curatores habentibus, dicendum eſt; *arg. l. 3. C. de in integ. reſtit.* quos ſi non habeant, ipſimet non ſolùm inveſtituram accipere, ſed & Domino ad dicta ſervitia ſe obligare poſſunt; *arg. d. l. 3.* Ludwell. *Syn. feud. c. 6. p. 115.* quæ ſi ipſi expedire nequeunt, Dominus, hujusmodi perſonas inveſtiens, per ſubſtitutum ut præſtari poſſint, conceſſiſſe videtur. *II. F. 26. §. ſi quis deceſſerit.* Diſs. in minore, qui curatorem habet, ut etiam is absque hujus conſenſu ſe Domino obligare poſſit, DD. comm. Dn. Struv. *d. c. 5. aph. 13.* & alii citati à Ludwell. *d. loc.* vid. etiam Carpzov. *diſp. feud. 3. th. 32.* Eadem diſtinctio, quæ ſupra de minore adducta eſt, obtinet, ſi is rem ſuam allodialem ſeu propriam ab alio in feudum recognoſcere velit. *arg. d. l. 3.* Diſs. Vult. *d. c. num. 6.* Menoch. *Conſ. 1. n. 85. v. 1.* Renovationem verò inveſtituræ jure feudali ante dictum 14. ætatis annum completum quis petere non tenetur; *d. §. Præterea. II. F. 55.* idemque in Aula Electorali Saxonica obſervari notat Schulz, *in Syn. feud. c. 5. n. 6.* tametſi, in aliis Saxonicis, quamprimum ad impuberes feudum eſt devolutum, illi apud Dominum nomen ſuum profiteri ipſisque induciæ, Germ. Indultſchein/concedi ſoleant; cujus formulam exhibet Dn. Beier. ad Schnobel. *diſp. feud. 5. th. 18.* ex qua videre eſt, quod etiam ad annum ætatis 16. tranſactum renovatio illa differri poſſit; uti etiam ex juſta cauſa in dicta Aula Electorali fieri poſſe innuit Schulz. *cit. loc.* ubi, in Electoratu Brandenburgenſi tempus id ad vigeſimum quintum ætatis annum extendi, ex Scheplizio ibid. adducto itidem monet.

XXVI.

XXVI.

Nec denique IV. Conditionis, Dignitatis ſive ordinis hic ratio habetur: Omnes enim regulariter inveſtituram accipere poſſunt; ſive ſint ſui ſive alieni juris: Unde & ſervis eam conferri potuiſſe patet ex *text. II. F. 3.* ubi Interpretes, & DD. paſſim; de quo, ſublata ſervitute Romana, pluribus nunc agere ſuperſedeo. Sic & filiosfamiliâs inveſtiri poſſe extra controverſiam eſt; Vult. *d. c. 4. n. 8.* Schrad. *de feud. p. 4. c. 3. n. 7.* patri tamen feudi uſumfructum non acquiri, verius videtur. *arg. II. F. 23. & Auth. excipitur C. de bon. qua lib.* Obrecht. *de feud. l. 2. c. 2. n. 41. & ſeqq.* Schulz. *Syn. feud. c. 5. num. 12.* Diſs. Sonsb. *de feud. p. 7. num. 8.* Niell. *D. feud. 2. θ. 5. lit. D.* Nihil quoque refert, accipientes num ſint Laici an Eccleſiaſtici: *II. F. 40. §. item ſi Cler. c. ex tranſmiſſa X. de for. compet.* Bocer. *d. tr. c. 3 n. 145.* Schneidw. *de F. p. 3. n. 105.* Licet enim Clericis negociis ſecularibus interdictum ſit, *t. t. X. Ne Cler. vel Monach. ſe ſecular. negoc. immiſc.* adeoque, feuda affectare, ſtatui ipſorum, Divino cultui dicato, haut conveniens eſſe videatur, *arg. II. F. 21.* nullibi tamen ipſis feuda de novo acquirere interdicitur; & Dominus eis, æquè ac aliis inhabilibus, per ſubſtitutum ut ſervitia præſtare poſſint, permiſiſſe cenſetur; Dn. Struv. *d. c. 5. aph. 15. n. 2.* feudisque eò faciliùs ſic acquirendis, ipſosmet de privilegio fori remiſiſſe, hocque in curia feudali voluiſſe ſortiri, inquit Dn. Tabor. *in Ichnograph. doctr. feud. p. 1. num. 26.* citato hanc in rem *c. caterum 5. X. de jud. c. un. § verum de ſtat. regul. in 6. & c. ſi diligenti 12. X. de for. compet.* Quod ſi verò Dominus accipientem eſſe Clericum ignoraverit, inveſtituram à ſe factam revocare poteſt. *II. F. 3. §. Perſonam.* Schrad. *d. c. 3. num. 7.* Nec minùs monachos inveſtituræ capaces eſſe exiſtimamus, licet feudum monaſterio acquirant: *arg. Nov. 5. c. 5. auth. ingreſſi C. de SS. Eccleſ.* modò monaſterium feudum habere poſſit; aliàs fruſtrà dari monacho intelligitur. Roſenth. *de feud. c. 3. concl. 4. num. 1.* Vult. *d. c. 4. n. 9.* Diſs. Bocer. *d. c. 3. n. 147.* Hotom. *ad tit. 21. 30. F. II.* Niell. *d. Diſp. 2. θ. 6. l. a.* Porrò, ſive Nobiles ſive ignobiles ſint accipientes, nihil intereſt; ut hinc etiam ruſtici & plebeji inveſtituram conſequi poſſint; *arg. II. F. 3. & 10.* Bocer. *d. c. 3. n. 149.* Zaſ. *de feud. p. 5. n. 68.* qui tamen nobilitatem per inveſtituram de nobili feudo non ac-

 quirunt,

quirunt: niſi inveſtiti fuerint ab eo, qui poteſtatem & voluntatem habuit nobilitandi. Vult. *de F. l. 1. c. 6. n. 9.* Niell. *diſp. feud. 1. th. 7. l. c.* Imò non ſolùm inferior à ſuperiore, ſed ſuperior etiam ab inferiore, nedum par à pare feudum accipere poteſt: *arg. II F. 3. §. 1. in fin.* Schrad. *d. c. 3. n. 11.* Rittersh. *partit. feud. lib. 1. c. 6. quaeſt. fin.* non obſtante *l. 4. ff. de recept. qui arb. recep.* Ita ab Epiſcopo Bambergenſi Electores Seculares bona quædam, ad terras Electoratuum pertinentia, in feudum recognoſcunt; quorum intuitu ſimilia officia non ut Electoralia, ſed Epiſcopalia Epiſcopus hic illis in feudum & hi ulteriùs eadem certis familiis ex Equeſtri ordine in ſubfeudum concedere, eorumque vicariâ operâ in obeundis officiis iſtis uti aſſolent; & quidem vice Bohemi hac in re fungitur Nobilis ab Auffſaß; Palatini à Pommersfeldern; Saxonis ab Ebner; Brandenburgici à Rotenhan. Carpzov. *Diſp. feud. X quaeſt. annex. 1. n. 37. & ſeqq.* Neque enim probari poteſt opinio Caſp. Bruſchii ejusque aſſeclarum, ut Peuceri, Spangenberg. & Wolffii, à Carpzov. d. l. citatorum, ac ſi non tantùm officia Electoralia, verùm etiam ipſa Electoratuum feuda à dicto Epiſcopo peti, deſuperque inveſtituram impetrari neceſſe ſit, ceu cui id primitus ab Henrico II. Imp., Comitatu in Epiſcopatum erecto, jure privilegii conceſſum ſit. Electoratus namq; pariter ac officia Electoralia, de quibus *in Aur. Bull. Car. IV. tit. 27.* ab ipſo Imperatore per inveſtituram concedi, exemplo Saxonis, literis inveſtituræ adductis, oſtendit Carpzov. *d. q. num. 29. & ſeqq.* Ac Principes etiam non deeſſe, qui à nonnullis Germaniæ Epiſcopis de integris quoque Comitatibus & Baroniis ſint inveſtiti, eosque inter, præter Comites, etiam aliquot Principes ſeculares Herbipolenſis eſſe vaſallos, ſcribit Beindorff. *apud* Arumæ. *Diſcurſ. Academ. 9. vol. 9.* Quid? quod, ipſum Imperatorem & Papam à quibusvis rectè feuda accipere, notet Sonsbec. *de F. p. 7. n. 1.* Schulz. *Syn. F. c. 5. n. 15.* exemploque Carol. V. Imp. id docet Obrecht. *de F. l. 2. c. 2. n. 12.* ubi Regum quoque exempla, etiam Reges inveſtientium, adjicit; & notabilis exempli meminit Magnif. Dn. Eyben/Cam. Imper. nunc Aſſeſſor, *in Elect. feud. c. 8. §. 13.* auß der Hochgräffl. Stolbergiſchen Deduction wegen Königſtein ꝛc. in Beylagen. *num. 33. & ſeq.* ubi Dominus Vaſallum vocat ſeinen gnädigen Herꝛn; quod etiam refert Dn. Rhet. *comment. in lib. 1. Jur. feud. n. 8. in fin. p. 127.*

XXVII.

XXVII.

Dictum etiam eſt §. 22. quod omnes inveſtituram accipere poſſint, qui non jure prohibeantur. Roſenth. *d. c. 3. concl. 2. num. 1.* Duaren. *de F. c. 6. num. 13.* Excluduntur autem à DD. hæretici, *arg. l. 4. §. 1. C. de haret. & manich.* Borch. *de F. c. 5. n. 53.* Schneidw. *de F. p. 3. num. 108.* apoſtatæ, *arg. l. 4. C. de apoſt.* excommunicati excommunicatione majore, *arg. c. 16. 32. 33. 11. q. 3.* deportati, *arg. l. 2. C. de bon. proſcript.* Diſs. Bocer. *d. c. 3. num. 159.* & hodie banniti Imperii, *arg. ejusd. l. 2.* Gail. *l. 2. de pac. publ. c. 6. n. 9. & 10.* uſurarii manifeſti, *arg. c. 1. de uſur. in 6.* Vult. *de F. l. 1. c. 4. n. 11.* damnati de crimine aliquo publico indiſtinctè. Obrecht. *de F. l. 2. c. 2. n. 20.* Quibus annumerantur etiam infames. vid. Bocer. *d. c. 3. n. 142.* De ſpuriis verò hìc non levis eſt inter DD. contentio. Nonnulli enim, ut Bocer. *d. c. n. 40.* Matth. de Afflict. Schrad. & plures ibid. citati, eos de novo feudo inveſtiri poſſe affirmant; Alii negant, ut Azo, Hartm. Piſtor. Teſſaur. quos citat & ſequitur Rudinger. *var. Lect. Jur. feud. l. 1. c. 59. n. 8. 11.* cui opinioni etiam ſubſcribit Obrecht. *d. c. 2. n. 55.* Finckelthaus. *diſp. 5. contr. 23.* quas opiniones tamen ita forſitan conciliari poſſe quis diceret, ut poſterior de feudo nobili ſive dignitatem annexam habente, prior de ignobili ſeu plebejo, ſi Dominus homo privatus ſit nec alios habeat vaſallos, procederet. *arg. 1. F. 1. pr. & 11. F. 10.* Antiquum verò feudum quòd ſpurii recognoſcere nequeant, ex præſumta intentione primi concedentis deſcendere putamus. *arg. 11. F. 26. §. naturales.* Cæterùm nec ſolùm quem per ſe, ſed etiam per procuratorem, mandato ſpeciali inſtructum, cujus formulam adducit Dn. Beier. ad Schnobel *diſp. feud. 5. th. 22.* inveſtituram accipere poſſe, patet ex *§. 1. verſ. Sed utrum. 11 F. 3. junct. l. 1. §. pen. ff. de procurat.* vid. tamen *infr. th. 40.*

CAPUT VII.

De Objecto.

XXVIII.

GEnera rerum, de quibus inveſtitura fieri poteſt, tria eſſe, res ſcilicet immobiles, immobilibus cohærentes, & quæ Ju-

 ris

ris intellectu immobilibus annumerantur, innuit Feudiſta *II. F. 1. § fin.* Vult. *de Feud. l. 1. c. 5. n. 3.* Roſenth. *de Feud. c. 4. concl. 1.* Zaſ. *de F. p. 4. n. 1.* Hottomann. *diſp. feud. c. 16.* modò ſint tales, ut quoquo modo in commercio eſſe poſſint, neque alienari ſint prohibitæ. *II. F. 3. §. 1. pr.* Sonsbec, *de Feud. p. 8. n. 2.* Weſenb. *de feud. c. 7. n. 4.*

XXIX.

Et quidem quoad primi generis res, nempè res ſoli, inveſtitura fieri poteſt: *II. F. 1. §. fin. & 23. in fin.* Schrad. *de Feud. p. 3. c. 2. n. 1.* Roſenth. *d. concl. 1.* Sive res ſit univerſalis, plures alias ſub ſe comprehendens, nimirum integra territoria ſive provinciæ, Ducatus, Principatus, Comitatus, Baroniæ, cum ſuperioritate territoriali, & abſque hac de illis iterùm ditio quædàm cum omnibus cæteroquin juribus; vid. Dn. Struv. *Synt. jur. Feud. c. VI. aph. X.* Schrad. *cit. loc. n. 4.* Obrecht. *de F. l. 2. c. 3. n. 63. & ſeqq.* Sive ſingularis, ut fundus, ager, item fodinæ auri, argenti, ferri &c. Excluduntur igitur jure communi feudali vel maximè ab objecto adæquato res mobiles, quarum appellatione etiam ſe moventes complector; quæ ſalvâ naturâ feudi per ſe infeudari nequeunt: propter eà, quod caducæ ſint ac facilè corrumpi & interire poſſint; feuda autem ſuâ naturâ in perpetuum conſtituantur, Obrecht. *d. c. 3 n. 101. & ſeqq.* Dn. Struv. *d. c. VI. aph. 1.* Rittershus. *part. feud. c. 7. quæſt. 2.* Schrad. *d. c. 1. n. 7.* Zaſ. *de F. p. 4. n. 21.* adeò, ut ne quidem ſub cautione, quâ uſusfructus earum rerum, quæ uſu abſumuntur, conceditur, *§. 2. Inſt. de uſufr.* dari poſſint: quia feuda, ut dictum, ſunt perpetua; *I. F. 1. §. 4. II. F. 23. §. ult.* at cautio uſufructuaria temporalis eſt & morte uſufructuarii extinguitur, *arg § 3. I d. tit.* & quia in feudo dominium directum penes Dominum manet; *d. §. ult.* at cautione uſufructuaria interveniente rerum mobilium dominium in uſufructuarium tranſit. *l 7. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſum.* Hotom. *diſp. feud c. 16.* Schrad. *d. c. 1. n. 15.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 7.* vid. quoque Dn. Mauritt. *de reb. quæ in feud. dar. poſſ. poſit. 1. 2. 3.* Imò nec juramentum fidelitatis de ejusmodi rebus mobilibus valere putant. *arg. l. 5. C. de leg.* Zaſ. *d. p. 4. n. 22.* Ludw. *Syn. jur. feud. c. 12. p. 243.* Unde etiam de pecunia inveſtituram fieri non poſſe affirmant Bald. & Alvarot. *ad tit. 25. F. II. 23.* An autem de pecunia,

ex venditione feudi redacta, idem procedat? Affirmativam quidem ſententiam tenet Göden. *Conſil. 18. n. 3.* Negativa autem, ut communior, ita quoque verior eſt. *per text. II. F. 26. §. ſi Vaſallus.* Vult. *d. c. 5. n. 10.* Weſenb. *d. F. c. 7. n. 9.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 8.* Bocer. *de ſubſt. & nat. feud. c. 1. n. 24.* quibus adſtipulatur Dn. Mauritius *d. diſput. poſit. 4.*

XXX.

De rebus quoque ſecundi generis, nimirum quæ immobilibus cohærent, inveſtituram fieri poſſe, patet ex *II. F. 1. §. ult.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 1. n. 1.* Schrad. *de F. p. 3. c. 2. n. 55.* Mobile enim immobili ita cohærens, ut citra ſui corruptionem ab eo ſeparari & de loco in locum moveri & transferri nequeat, immobile reputatur. *l. 3. §. 15. ff. de vi & vi armat.* Et hæ res cohærentes ſunt vel univerſales vel ſingulares. Ludw. *d. c. 12. p. 250.* Univerſales ſunt I. Urbs, Civitas: hinc, conceſſa urbe, conceſſum eſſe intelligitur quicquid eſt intra urbem & ejus pertinentias; *arg. l. 2. pr. ibiq.* Rebuff. *ff. de V. S.* II. Caſtrum: de quo ſimpliciter inveſtitus etiam de territorio ejus inveſtitus intelligitur; Bald. *ad tit. 51. F. II.* Matth. de Afflict. *ad tit. 2. eod. n. 26.* Diſs. Oldradus *Conſil. 121.* vid. Schrad. *d. F. p. 3. c. 4. n. 22. 31. & ſeqq.* non tamen de Jurisdictione: Boc. *de qualit. & diff. feud. c. 4. n. 31. & de Jurisd. c. 8. n. 16.* Dn. Struv. *d. c. VI. aph. 10.* Hunn. *diſp. feud. 4. th. 13. 14.* niſi Caſtro cohæreat: Menoch. *de præſumpt. l. 3. c. 97. n. 13.* quia, principali conceſſo, etiam acceſſoria & ei cohærentia conceſſa intelliguntur. *l. 52. §. ult. ff. de act. emp. l. 41. §. 6. de Leg. 3.* vid. Dn. D. Lauterbach *er. Synopt. de act. emp. vend. §. 1. num. 16.* Vult. *d. c. 5. n. 5. verſ. dixi.* Caſtro autem unà cum Jurisdictione conceſſo mixtum quoque imperium conceſſum cenſetur; cum Jurisdictioni id cohæreat; Matth. Steph. *de Jurisd. c. 3.* non verò merum imperium; Bocer. *de Jurisd. c. 8. n. 7. & ſeqq.* Menoch. *d. c. 97. num. 15.* Secùs, ſi jurisdictio omnimoda ſeu pleniſſima eſt conceſſa, his verbis: Wir belehnen dich mit dieſer Burg oder Flecken ſampt allen Gerichten / vel: ſampt aller Obrigkeit; *per not.* Dn. Struv. *d. aph. 10. n. 4.* Schneidw. *de F. part. 2. num. 91.* III. ſylva, vinea & ſimiles. De vinea, vel ſylva ſi quis eſt inveſtitus, non tantùm de vitibus aut arboribus, ſed etiam ſolo inveſtitus intelligitur; Obrecht. *de F. l. 2. c. 3. n. 78.*

78. non verò ſimul hodie de jure venandi. Dn. Struv. *d. c. VI. aphor. XI.* Schrad. *d. c. 4. num. 47.* Gail. *2. Obſ. 66.* Harp. *ad §. 12. I. de rer. diviſ. n. 163.* Singulares hujusmodi res ſunt I. gramina, fructus pendentes annui, *l. 44. ff. de R. V.* vel ſimiles; ſuper quibus hinc quis, etiam ſine fundo, inveſtiri poteſt; *arg. II. F. 1. §. ſciendum.* ſive fructus ſint naturales ſive induſtriales. Roſenth. *d. c. 4. concl. 2.* Vult. *d. c. 5. num. 4.* II. domus, ædificium. *arg. l. 7. §. 10. ff. de acquir. rer. dom. L. 10. ff. Quod vi & clam. junct. d. §. ſciendum.* Domo autem vel ædificio in feudum dato, non tantum omnia illa, quæ domui quaſi pars vel propter illam affixa, *arg. l. 13. §. 31. & ll. ſeqq. ff. de act. emt.* ſed & quæ aliàs perpetuæ ædium utilitati inſerviunt, *arg. l. 17. d. tit. l. 47. ff. de contrab. empt.* data intelliguntur. *per not.* Vultej. *d. loc.* III. molendina aquatica, Waſſermühlen / ædibus juncta, *arg. l. 21. ff. de inſtruct. & inſtrum. leg. junct. d. § ſciendum.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 4.* & pneumatica, Windmühlen: Licet enim pars ſuperior ad ventum commodum circumagatur, baſis tamen, ſolo infixa, immota manet; ut proinde rebus his congruè annumerentur. *arg. d. l. 7. §. 10. & d. §. ſciendum. quaque notat* Joh. Hering. *de molend. q. 8. n. 49.* & cum pluribus aliis Dn. D. Lauterbach *in prælect. de diviſ. rer. §. 4. & in Diſp. de alienat. rer. quæ minor. ſunt θ. 22.* Denique IV. huc etiam referuntur ſolo incluſa: ut lacus, ſtagnum, fluvius, piſcina & ſimiles; de quibus ſi quis fuerit inveſtitus, jus piſcandi ipſi conceſſum eſſe præſumitur: Schrad. *d. c. 4. n. 7.* Zaſ. *de F. p. 4. n. 2.* modò non ſtagni aut fluvii alius quoque uſus, verb. gr. navigationis vel molendinorum eſſe poſſit, vel piſces propagationis & perpetuitatis, non cuſtodiæ, aut quotidiani uſus gratiâ in ſtagno vel piſcina exiſtant. *arg. l. 3. §. 14. ff. de acquir. vel amitt. poſſ.* Weſenb. *de F. c. 7. num. 3.* Diſs. Carpzov. *diſp. feud. 4. th. 19.*

XXXI.

Tertii generis res ſunt, quæ immobilibus annumerantur: *d. §. ſciendum.* quales ſunt I. res, per ſe quidem mobiles, ſed perpetui uſus causâ alicubi collocatæ: ut molendina navalia, Schiffmühlen / Dn. Struv. *d. c. 6 aphor. 11. n. 6.* Dn. Hahn. *in obſerv. ad parat.* Weſenb. *in π. de diviſ. rer. n. 4.* animalia, quæ dicuntur ferrea, eiſern Vieh / eò quod, cum numerus eorum prædio ſit perpetuò

addi-

addictus, propter ſubſtitutionem, in demortuorum locum ſemper faciendam, nunquam intermori cenſeantur, *de quib.* Wehner. *in Obſerv.*Speidel. *in Spec. notabil & *Beſold. *in Theſaur. pract. hac voce.* arma & machinæ bellicæ, Artollery/ Kriegs-Rüſtung. Stamm. *de ſervit. perſon. lib. 1. tit. 1. c. 3. n. 22.* Dn. Myler. ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imper. c. 21. n. 18.* Huc referuntur II. res incorporales ſive jura: veluti (I.) jus percipiendi quotannis certam pecuniæ ſummam ex ærario, vel vinum, frumentum & ſimiles res ex cella aut horreo; quo priori modo conſtitutum feudum dicitur Cameræ & poſteriori Cavenæ, *d. §. ſciendum.* Schrad. *d. p. 3. c. 3. n. 2. & 3.* Obrecht. *de F. l. 2. c. 3 n 84.* Ludwell. *c. 12. p. 255.* (II.) reditus, in ſpecie qui dicuntur annui, Gülten/ *arg. Clem. Exivi de V. S. junct. d. §. ſciendum.* Roſenth. *d. c. 4. concl. 7.* Gail. *2. Obſ. 10.* Vult. *d. c. 5. n. 9.* Zaſ. *de F. p. 4. n. 9.* Obrecht. *cit. c. n. 86. & ſeqq.* (III.) actiones tam perſonales quam reales de rebus immobilibus competentes: quia, qui habet actiones, res ipſas habere videtur; Roſenth. *d. c. 4. concl. 6* Vult. *d. c. n. 9.* competentes verò de rebus mobilibus adæquatum hîc non conſtituunt objectum. vid. Obrecht. *cit. c. n. 100.* Huc ſpectant etiam IV. alia jura perpetua & fructuoſa, Weſenb. *de F. c. 7. n. 6.* Mozz. *c. de reb. quæ in feud. n. 5.* eaque vel Regalia vel non Regalia: Regalia rurſùs vel Majora vel Minora; de quibus vid. Dn. Struv. *d. tr. c. 6. aphor. 13. & ſeqq.* Vult. *d. F. c. 5. num. 7.* Ludw. *d. Synopſ. c. 13.* Borch. *ad c. unic. quæ ſint regalia.* Obrecht. Boc. Sixtin. Wendel. Beſold. Pruckman. *tr. de regal.* De nòn Regalibus, *verb. gr.* jure paſcendi, venandi, lignandi, piſcandi, aucupandi, furnos bannales habendi, œnopolii, advocatiæ, Kaſten-Vogtey/ vid. Obrecht. *d. c. 3. n. 99.* & Dn. Struv. *d. c. 6. in fin. remiſſive.*

XXXII.

Res dictæ autem rectè infeudari poſſunt, modò non certa aliqua ratione prohibeantur: *II. F. 3. §. 1.* cujusmodi ſunt res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ; *l. 62. §. 1. ff. de contrah. emp. §. fin. J. de empt. vend.* quas infeudari non poſſe, neminem ignorare ſcribit Zaſ. *de F. p 4. pr.* niſi in conſequentiam, quando aliis rebus profanis infeudatis accedunt, *arg. l. 22. & ſeqq. ff. de contrah. emp.* vel niſi caſus incidant, quibus & aliàs licitè hæ res alienantur.

§. 1. *J. de rer. diviſ. l. 21. cum auth. ſeq. C. de SS. Eccleſ.* Sic etiam tituli, hoc eſt, prædia illa, quæ Clericis ad alimenta ſunt deſtinata, infeudari nequeunt; *I. F. 6. pr.* idque per prohibitionem Urbani II. in Concilio Placentino Dn. Struv. *d. c. 6. aphor. 4. num. 2.* Hottom. *de verb. feud. voc. Tituli.* His annumerantur decimæ; *c. cum Apoſtol. 7. X. de his quæ fiunt à Prål. junct. c. adhac 15. c. quamvis 17. c. prohibemus 19. X. de decimis.* Zaſ. *d. p. 4. n. 24. & 26.* Vult. *de F. l. 1. c. 5. n. 13.* Roſenth. *de F. c. 4. concl. 19. num. 6.* Boc. *de inveſt. c. 3. n. 64.* quæ ne laicis in feudum dentur, prohibitum quidem eſt in Concilio vel potius Synodo Lateranenſi, (habita, ut veriſimilius, anno 1179. aut 1180. ſub Alexandro III.) *d. c. 7. & c. ſtatuto 2. de decim. in 6.* verùm id ante etiam non licuiſſe, Pontificemque tamen ac Prælatos, ſufficienti ad hoc poteſtate munitos, rectè decimas in feudum concedere, ex Auguſtin. Barboſa & aliis oſtendit Dn. Struv. *d. Synt. c. 6. aph. 4. n. 3.* Quod poſterius probari quoque poſſe videtur *arg. c. dudum 1. de reb. Eccleſ. non alienand. in 6.* ut proinde, Prælatos noſtros, ceu Pontificem non agnoſcentes, id facere poſſe minus ambigendum ſit: præſertim cùm jure Divino novi Teſtamenti non præcisè decimæ, ſed congruum ſalarium Miniſtris Eccleſiæ debeatur. Dn. Struv. *d. loc.* Res autem Eccleſiaſticæ, ſicuti ſuadente Eccleſiæ utilitate & certarum ſolennitatum interventu, alienari, ita etiam infeudari poſſunt. *l. 17. §. 1. C. de SS. Eccleſ. Nov. 102. Nov. 7. c. 2. C. un. extrav. de reb. Eccleſ. non alien. c. ult. X. de Feud.* Gudelin. *de jur. noviſſ. lib. 6. c. 13. & 14. vid. ſupra §. 17.* Porrò excipiuntur hîc etiam res Jure Romano communes, Jure Gentium publicæ, & res Univerſitatis; *arg. l. 6. pr. ff. de contrah. empt. & §. 2. J. de inutil. ſtipul.* quamvis res hæ Univerſitatis, ſi uſum præbeant illi & aliis, qui non ſunt de ea, ſufficientem, his quoque aliquando in feudum concedantur: ut *verb. gr.* jus paſcendi in paſcuis publicis, ligna cædendi in ſylvis publicis, Dn. Struv. *d. t. c. 6. aph. 5. n. 4.* ſicuti etiam bona Imperii, utilitate publica exigente, & Univerſitatis ſive Reipubl. propriæ, adhibito tamen, ſi fuerit municipalis, ſuperioris conſenſu. Vult. *d. c. 5. n. 15.* Schrad. *d. p. 4. c. 1. n. 7. vid. ſupra §. XVIII.* Id quod de dictis quoque rebus communibus hodie certa ratione dici poteſt. Dn. Struv. *d. c. aphor. 7.*

Ad

Ad exceptas etiam pertinent res minorum; quæ citra decretum Magiſtratus alienari prohibentur, imò etiã cum decreto, niſi neceſſitas minorum exigat, *l. 22. C. de adm. Tut.* infeudari non poſſunt. Vult. *d. tr. c. 3. n. 6.* Boc. *c. 3. n. 54. confer ſupr. §. XV.* Ejusdem conditionis quoque ſunt fundus dotalis, *t. t. ff. de fund. dotal.* Sonsbec. *de F. part. 8. n. 11.* res litigioſæ, *l. 2. & l. fin. C. de litig.* bona adventitia filii, in quibus pater uſumfructum habet, vid. tamen *l. fin. §. 5. verſ. filius autem fam. C. de bon. quæ lib.* nec non res ſtatuto, pacto, vel ultima voluntate alienari prohibitæ. ſecundum not. Sonsbec. *d. p. n. 15. 16.* & Dn. Struv. *d. c. 6. aph. 8.*

XXXIII.

Ut autem res infeudari poſſit, nihil refert, ſive ſit propria ſolius concedentis, ſive cum alio communis, vel etiam feudalis, imò ſive ipſius accipientis propria, ſive planè aliena. In re namque communi pars pro indiviſo à Domino, quam in illa habet, dari cenſetur: Sonsb. *d. p. n. 30.* Weſenb. *de F. n. 2. c. 7.* quoniam eam partem Dominus quovis modo ante acceptum judicium familiæ erciſcundæ vel communi dividundo alienare poteſt; *arg. l. 12. C. de donat.* ſecus verò poſt inchoatum judicium. *l. 1. C. commun. divid.* Sic quoque rem feudalem aliis iterùm in feudum concedi poſſe, videre eſt ex *praced. §. XXI.* Quoad propriam accipientis rem intereſt: utrum ignoret jus ſuum, an ſciat. Priori caſu nihil agitur: Vult. *d. c. 5. n. 10.* ignorantis enim nullus eſt conſenſus, & nihil tam contrarium conſenſui eſt, quam error, qui imperitiam detegit; *inquiente Ulpiano in l. 15. ff. de Jurisd.* Poſteriori caſu inveſtitura ſubſiſtit: Poteſt enim quis propriam rem ab alio in feudum recipere: Es kan einer dem andern ſein Eigenthum aufftragen und zu Lehn machen; Vult. *cit. loc.* quo caſu proprietas in Dominum transfertur, ſolo uſufructu ſub titulo feudi penes Vaſallum remanente. Ludwel. *in Syn. feud. c. 12. p. 249.* Denique etiam contingere poteſt, ut de re planè aliena inveſtitura fiat; eâ verò evictâ, Vaſallus actionem de evictione habet adverſus Dominum tam ignorantem quam ſcientem, ad id, ut Dominus ei aliud feudum, ejusdem æſtimationis, cujus erat rei judicatæ tempore id, quod evictum eſt, Vaſallo præſtet, vel pretium evicti feudi, ad comparandum id genus aliud, numeret; *II. F. 8. & 25.* ſicque, pro na-

tura hujus negotii, domini & vaſalli jura invicem integra maneant. Singulare enim hic eſſe, quod nempe ſpecies pro ſpecie præſtetur; cum aliàs rei venditæ evictæ pretium & intereſſe tantùm præſtandum ſit, *l. 9. l. 17. & 25. C. de evict.* monet Alvarott. *in d. tit. 8. n. 2. &* Matth. de Afflict. *n. 4.* Confer. Frantzk. *ad tit. de evict. n. 600. & ſeqq.* Hahn. *ad parat. Weſenb. eod. n. 6.* Id quod intelligendum, ſi Vaſallus ignoraverit, rem eſſe alienam, nec præſtatio evictionis pacto adjecto fuerit remiſſa, *l. 11. §. fin. ff. de act. emt.* aut, ſi ſciverit, ſpeciali pacto ſibi de ea proſpexerit. *d. II F. 8. junct. l. 1. §. 1. in fin. ff. de act. empt. & l. 26. ff. de R.V.* Idem quoq; dicendum de re alii obligata. vid. Bitſch. *ad tit. 8. F. II. not. 4. p. 251.* Dn. Struv. *d. c. 6. aph. 9.* ubi, quomodo in feudo ex rebus alienis, pro allodialibus poſſeſſis, alteri oblato ratione evictionis diſtinguendum ſit, annectit.

CAPUT VIII.

De

Forma.

XXXIV.

HÆc eſt vel ſubſtantialis vel accidentalis. Subſtantialis, quâ inveſtitura eſt, quod eſt, iterum dividitur in ſpecialem Curiæ vel loci, ubi res in feudum datur & accipitur; cujus conſuetudo præprimis hîc obſervanda; & generalem juxta commune jus feudorum; quæ porrò vel cuique inveſtituræ tum propriæ tum abuſivæ eſt propria, vel utrique communis. Propriæ forma propria conſiſtit in actuali ſive reali Vaſalli in vacuam rei feudalis poſſeſſionem inductione; Abuſivæ & quidem verbalis, in verbali dictæ rei aſſignatione; & Symbolicæ in ſymbolorum traditione, eam repræſentante. *II. F. 2. & 3.* Dn. Tabor. *in ichnog. doctr. feud. p. 1. n. 38.* confer. *ſupra th. VII.* Non enim in hac porrectio nudi ſymboli ſive ſigni ſufficit, ſed ſimul declaratio Domini accedere debet, nempe inſigne hoc conferendæ rei feudalis causâ intervenire: Secus namque non ſimpliciter collatio feudi, ſed etiam aliud negotium,

gotium, aliusve actus inde inferri poſſet. *arg. l. F. 25. pr.* Obrecht. *de F. L. 2. c. 8. n. 34.* Ob quam rationem etiam ad dictam inveſtituræ propriæ formam pertinere, ut ſimilis declaratio de tradendo rem in feudum interveniat, *arg. ejusd. text.* docet idem *n. ſeq. 85.*

XXXV.

Quemadmodum autem omnium penè gentium commune fuit, ut in Ordinum & Collegiorum cooptationibus ritum aliquem adhiberent, quod inſigne novi honoris eſſet; uti ex hiſtoriarum monumentis, præprimis & de Romanis conſtat: vid. Rittershuſ. *in part. jur. feud. lib. 1. c. 8. q. ult.* ita Longobardi in Vaſallorum creatione & feudi collatione etiam ſigno aliquo corporali uſi ſunt, quod eſſet nota & inſigne cooptati Vaſalli. Cujusmodi ſigna ſive ſymbola varii reperiuntur generis. Olim enim feuda Eccleſiaſtica majora in Imperio noſtro annulo & baculo ſive pedo paſtorali ab Imperatoribus, poſtea verò, ſymbolis his Pontifici Romano ceſſis, ſceptro, & ſecularia vexillo collata fuerunt; de quibus *Speculum Saxon. l. 3. art. 60.* Der Kayſer ſoll leihen allen Geiſtlichen Fürſten ihr Recht mit Scepter/ und allen Weltlichen Fürſten mit der Fahnen. vid. Boc. *de inveſt. c. 3. n. 120.* Dn. Struv. *c. 3. aph. 7. n. 8.* Beſold. *theſaur. pract. voc.* Fahnen-Lehn. confer. *ſupr. §. XIV.* Rudolphumque I. Imp. deficiente ſceptro non ſolùm Eccleſiaſticis, ſed & Secularibus per attactum Crucifixi feuda contuliſſe ſcribit Lehman. *in Chron. Spir. lib. 5. c. 104. p. 624.* Quæ inveſtituræ hodie gladio evaginato repræſentantur, Dn. Tabor, *in ichnog. doct. feud. p. 1. n. 33.* Schüz. *in Colleg. jur. publ. vol. 1. Diſp. 7. th. 18. lit. H.* non ſolùm in dictis Secularibus, Vultej. *d. c. 7. n. 29.* verùm etiam Eccleſiaſticis: Quamvis enim in hiſce priſtinum morem per ſceptrum adhuc ſervari dicat Buxtorff. *ad aur. bull. concl. 69.* juxta modernam tamen obſervantiam ea iisdem ſolennitatibus, quibus ſecularia, ab Imperatore conferri, ceu oculares teſtes aſſerunt Winzler. *de jurisdict. Epiſcop. German. tit. 25. in fin.* & Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1. cl. 4. c. 10. n. 16.* quam opinionem etiam amplectitur Sprenger. *in Lucern. modern. ſtat. Rom. Imper. p. 178.* Franc. Irenic. *in Colleg. jur. publ. ad* Dn. Burgoldenſ. *part. 3. p. 43. circ. fin.* cujus exempla legi, inquit Dn. Struv. *d. l. n. 25.* gladioque itidem Electorem Moguntinum anno 1654. fuiſſe inveſtitum, re-

 fert

fert Limnæ. *de jur, publ. tom 5. p. 247.* In vexillis autem iſtis regionum, de quibus fiebat inveſtitura, inſignia ſolebant eſſe depicta; iisque ab Imperatore traditis ipſæ provinciæ & ditiones traditæ cenſebantur; ex quo etiamnum feuda hæc Regalia appellari Fahnen-Lehn/ ſicuti à dicto ſceptro Eccleſiaſtica Scepter-Lehen/ conſtat. Peractâque inveſtiturâ vexilla illa in populum adſtantem projici & dilacerari ſolebant; ut de inveſtitura Mauritii Electoris Sax., decem vexillis pro numero feudorum ipſi prælatis, refert ex Sleidan. *l. 20.* Carpz. *Diſp. feud. 8. quæſt. annex. V, n. 18.* Bitſch. *ad tit. 10. F. II. p. 272.* Dictus verò enſis Principi, Comiti & Baroni vel abſentis Legato porrigi, ejusque capulum ille apprehendens, extremum conum, den Knopff/ oſculari ſolet; Dn. Struv. *d. Synt. c. 3. aph. 8. n. 25.* Vult. *d. c. 7. n. 29.* Arum. *de Comit. c. 8. n. 7. & ad A. B. c. 29.* Carpz. *ad Leg. Reg. c. 10. ſect. 9. n. 18. & ſeqq.* quem conum tamen Electorem Moguntinum ſupra laudatum, capulo quidem aliquantiſper in manu retento, non fuiſſe deoſculatum, ex relatione ſibi facta meminit Limnæ. *d. loc.* tametſi poſterius hoc etiam Maximilianum Bavarum anno 1623., cum Elector renunciaretur, feciſſe, commemoret, & in arbitrio Principum adhuc eſſe exiſtimet, velintne ad majorem celebritatem & decorem vexilla hîc adhiberi, an non: cum exempla factæ omiſſionis haut ſufficiat adducere, niſi monſtretur, ſcientibus Principibus de abrogando illorum uſu actum & deliberatum eſſe; cui ſubſcribit Dn. Dieterich *ad aur. Bull. tit. 29. verb. marcas argenti.* ubi ſententiam hanc veriorem appellat; eique adſtipulatur Dn. Oldenburger. *in addit. ad Limnæ enucleat. lib. 2. c. 18. n. 15.* ubi, id ſimul ab arbitrio Imperatoris dependere, annectit. In dicta autem inveſtitura Electoris Mauritii nec non Archiducis Ferdinandi & Ducum Pomeraniæ præter gladium etiam vexilla fuiſſe adhibita, præterque ea & gladium in inveſtitura Pruſſiæ Magiſtri tunc temporis etiam ſceptrum, eò quod non tantùm Politicus, ſed & Eccleſiaſticus Princeps eſſet, refert Limnæ. *d. loc.* confer. Goldaſt. *in Polit. Imper. part. 6. tit. 4. p. 363 & ſeq.* In Gallia Regem illos, quos inveſtit, oſculo excipere, manusque jurantis complicitas ſuis inſerere, In Hiſpania verò nullum ſymbolorum eſſe uſum, ſed inveſtituram peractam cenſeri, ſi inveſtiendus in genua provolutus, anteceſſoris ſui mortem

Regi

Regi ſignificet, petens humiliter inveſtituram, Rexque reſpondeat: Levantos Duque, o Conde, hoc eſt, ſurge Dux, Comes &c. notat Sprenger. *in Chriſt. Orb. perſpicill. tit. 15. p. 749. & ſeq.* Dn. Reiſchenbach *in not. ad* Schnobel. *Diſput. feud. 5. th. 7. lit. 1.* ubi ſimul Adamum Piſezki à Kranichfeld *in tr. polit. jurid. de ſtat. ſecul. addit. 3. p. 317. & ſeqq.* de variis inveſtituræ ſolennitatibus, tum in tum extra imperium noſtrum uſitatis, agentem citat. Minora autem feuda Eccleſiaſtica olim per chirothecas, annulos, *vid. c. 3. X. de his quæ fiunt à maj. part. Capit.* baculos, libros, pallia, fuiſſe aſſignata, eorumque adhuc quædam alicubi adhiberi, In Secularibus verò haſtam, *II. F. 2.* pileum, calamum, vel id genus emblemata alia, etiam levidenſia, Schüz. *in Colleg. Jur. publ. vol. 1. Diſp. 7. th. 18. lit. A.* cuilibet Curiæ ferè propria, monet Dn. Tabor *in ichnog. doctr. feud. p. 1, n. 33.* Quemadmodum & in juventute ſua per pileum ſuum ſæpius inveſtituras pro Nobilibus à Præfecto Principali in Luſatia, remotis quoque per hujus imperitiam omnibus arbitris, ſe accepiſſe, *num. ſeq. 39 in fin.* addit; quibus ſymbolis, ſecundum diverſam locorum conſuetudinem, coronam quoque annumerat Dn. Struv. *d. Synt. c. 8. aph. 5. n. 1.* & manicam Chriſtinæ. *vol. ult. deciſ. 14. n. 10.* Huc etiam ſpectat, quòd in Aulis nonnullis Principum Imperii inveſtituræ contactu faſciæ ſericæ, cui inſignia ipſorum intexta, fieri ſoleant: notante Generoſiſſimo Dn. à Seckendorff tr. Teutſcher Fürſten-Staat. *p. 3. c. 3. n. 3. Regal. 4 p. 398. pr.* Cui ſimile de contactu faſciæ prolixæ, & quidem flavi coloris, in Aula quadam Sax. uſitato, refert Dn. Bejer. ad Schnobel. *d. Diſp. feud. 5. th. 18. pr.*

XXXVI.

Quæque hactenus dicta, non ſolùm de inveſtitura prima, ſed iterata quoq; ſive renovatione inveſtituræ, etiam ſimultaneæ, intelligenda eſſe, ex citat. authoribus patet. Ad formam hanc ſubſtantialem inveſtituræ iteratæ porrò pertinet, quod, mutatâ perſonâ vel Domini vel Vaſalli, hujus ſucceſſor omninò illam petere, ſeque ultro ad ea, quæ de jure præſtanda ſunt, offerre debeat, *I. F. 22. II. F. 24. & 40.* Germ. Lehnmuhten / item der Lehn Folge thun; Dn. Struv. *d. c. 10. aph. 4.* quod ſecus eſt quoad inveſtituram novam ſeu primam; quam petere cooptato Vaſallo non eſt neceſſe, ſed exſpectare is tutò poteſt, usque dum à Domino, cæteroquin non reluctante, *vid. infr. th. 52.* ad eam accipiendam

piendam citetur. cum Bald. Alvarott. & Weſenbec. Ludwell. *de renov. inveſt. c. 1. p. 322.* Dn. Eyben *in Elect. feud. c. 7. §. 18. p. 148.* Dictamque renovationem ſine exſpectata Domini requiſitione omnes vaſallos, etiam Eccleſiam, mulieres, ruſticos, & ſingulares ſucceſſores, à Domino proximo & immediato (etiamſi is pupillus vel aliàs inferior ſit, aut vaſallus primus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis Domino ejusq; ſucceſſoribus jam ante fidelitatem juraverit) vel per ſe vel per procuratorem, humiliter & inſtanter, intra annũ & diem *II. F. 24. 40. 52. §. fin. & 55. §. Præterea ſi quis.* à die ſcientiæ computandum, ſub pœna privationis feudi petere debere, cum ampliationibus & limitationibus latè exponit laudatus Ludwel. *d. c. 1. & ſeqq* Et quamvis ipſe communem DD. opinionem, inter Vaſallum privatum & militem reverà militantem diſtinguentiũ, probet, quod ſc. ille intra annũ & diem juxta textus ſupra citatos, hic verò intra annum & menſem ſecundum textum *I. F. 22.* renovationem inveſtituræ petere teneatur, tempus tamen anni & diei indiſtinctè exaudiendũ eſſe, analogiæ juris magis convenire videtur; per ea, quæ tradit Limnæ. *de jur. publ. tom. 4 c. 7. n. 17.* id quod etiam in praxi eſſe receptum, inquit Dn Oldenburger. *in addit. ad Limnæ. enucleat. lib. 2. c. 18. p. 257. col. 1.* Rudinger. *var. Lect. jur. feud. lib. 1. c. 6. n. 6. ſub princ.* idemque in Principibus & Statibus Imperii obtinere, aſſerit Dn. Myler ab Ehrenbach *tract. de iisdem inſcripto, c. 91. n. 1.* non obſtante Ordnung deß Regiments zu Wormbs. §. Und behalten Uns vor ꝛc. ubi anni tantùm à potiori ſcilicet tempore mentio fieri videtur, vel, juxta Schütz. *in Colleg. jur. publ. vol. 1. D. ſput. 7. th. 18. lit. D.* non diſpoſitivè, ſed incidenter ſaltem & ſuppoſitivè, quod, ſubintellecto ſimul die, jam juris certi erat, textus loquitur.

XXXVII.

Forma ſubſtantialis utrique inveſtituræ, tum propriæ tum abuſivæ communis, conſiſtit I. in eo, ut fiat adhibitis teſtibus: Sine his enim inveſtitura eſt nulla; *II. F. 2. & 32.* in quibus conſideranda veniunt qualitas & quantitas: Qualitas in hiſce continetur, I. ut ſint mares, non fœminæ, quæ ad teſtimonium ſolenni hoc in negotio ferendum haut aptæ cenſentur; *II. F. 32. in fin.* vid. Dn. Struv. *d. c. 8. aph. 5.* Ludwel. *de renov. inveſt. c. 3. p. 370.* ubi, id in petitione quoque renovationis obtinere, ait; II. quoad inveſtituram

turam novam, ut ſint regulariter pares Curiæ; *I. F. 2. & 32.* quod ideò receptum eſſe, ſcribit Feudiſta *II. F. 58. §. ſciendum. his verbis: ne quid excogitetur falſitatis in perniciem Domini, aliis teſtibus inductis, corruptis fortè pecuniâ, vel odio, vel gratiâ; quæ non ſunt ſuſpicanda in Paribus Curiæ.* Boc. *d. c. 4. n. 54.* vid. tamen Roſenth. *de F. c. 6. concl. 6. n. 3.* Dicuntur autem Pares Curiæ convaſalli ejusdem Domini immediati, in eadem Curia exiſtentes, & per conſuetudines feudales, ad decidendas inter Seniorem & Vaſallum, quâ tales, emergentes controverſias, Judices conſtituti; qui etiam vocantur Pares Curtis, *I. F. 4. §. 3.* Pares domus & de domo Domini, *I. F. 26.* ac interdum ſimpliciter quoque Pares, *d. tit. II. F. 26, 39.* Compares, *II. F. 54.* item vulgò Convaſalli, quaſi ejusdem patroni conclientes, Germ. Mann; unde Mann-Gericht & Mann-Recht. Sichard. *Conſ. feud. 7. n. 51. & 67.* Atque hæc Parium Curiæ, tanquam teſtium, adhibitio adeò eſt neceſſaria, ut dicta inveſtitura nova non valeat, etiamſi mille extranei maximè fide digni adhibiti fuerint, Sonsb. *de F. p. 9. n. 10.* vel extranei poſtea fiant Pares, Schrad. *de F. c. 2. p. 5. n. 8.* aut Dominus ultro fateatur, inveſtituram factam eſſe: *II. F. 32.* quoniam nemo ſolennitatum eſſentialibus, jure Publico introductis, renunciare poteſt; *arg. l. 38. ff. de pact.* Boc. *d. c. 4. n. 53.* Vult. *de F. l. 1. c. 7. n. 25.* Diſſ. Schneid. *de Feud. p. 4 n. 27.* adeò, ut nec juramento Domini defectus hic teſtium ſuppleatur: quia juramentum actum ipſo jure nullum confirmare nequit. *l. 5. C. de LL.* Pares hi ſi tempore inveſtituræ peregre abfuerint, reditus ipſorum aliquantiſper eſt exſpectandus & differenda inveſtitura; *II. F. 33.* Vult. *d. c. n. 27.* Weſenbec. *de F. c. 18. n. 13.* quod tempus, cùm nullibi in jure feudali definitum reperiatur, arbitrio Judicis relinquendum erit. *arg. l. 1. ff. de jur. deliber.* Schrad. *d. c. 2. n. 3.* Obrecht. *de F. l. 2. c. 8. n. 64.* Quod ſi verò citati non compareant, cogi poſſunt mulctæ indictione pœnalique judicio ad comparendum; Schenk. Lib. Baro à Tautenberg. *ad 2. F. II.* quâ mulctæ indictione contemtâ, extranei, iique omni exceptione majores, adhiberi poſſunt. Alvarott. *ad eund.* Schrader. *d. c. num. 10.* Vult. *cit. loco, verſ. quod ſi Vaſalli.* Diſſ. Schenk. *ad dict. tit. 2. num. 6.* Idem dicendum, ſi inveſtiens planè nullos habeat Pares Curiæ, *II. F. 2. & 33.* Bitſch. *ad*

2. *F. II.* aut, ſi habeat quidem, ſed minus idoneos ſive inhabiles, *v. gr.* pupillos, furioſos, prodigos. Schrad. *d. c. 2. n. 10.* Diſſ. Boc. *d. c. 4. n. 65. in fin.* Nec quoad Pares Curiæ refert, ſive inveſtitura fiat à Laicis ſive à Clericis: utrobique enim Pares hi teſtes ſunt adhibendi; *II. F. 32. pr.* tametſi hoc peculiare ſit, quod inveſtitura à Clericis facienda teſtes cum Paribus ſimul extraneos requirat, *I. F. 26. in fin.* ſive illa fiat de bonis Eccleſiæ, ſive Clericorum propriis. Dn. Struv. *Synt. jur. feud. c. 8. aph. 5. n. 3.* confer. Giphan. *Diſp. feud. 4. n. 30.* Quantitas indicat teſtium numerum; & cum omne verum conſiſtat in ore duorum aut trium teſtium, duos ad minimum ſufficere oſtendit Feudiſta *II. F. 2. pr.* Schneidw. *de F. p. 4. n. 12.* quod etiam de extraneis teſtibus, ſi Vaſallos Dominus non habeat, aſſeritur. *II. F. 58.* §. *Quod autem.* Cæterum in renovatione inveſtituræ non minùs quidem teſtium præſentiâ eſt opus, adeò ut & ſine ea nullius ſit momenti, *arg. II. F. 2. & 32.* Ludwell. *de renov. inveſt. c. 2. circ. fin.* teſtes autem extraneos quoque hîc recipi poſſe, indicat text. *proxime citatus in fin.* quia, cum notorium ſit, feudum hoc per inveſtituram jam eſſe conſtitutum, præſentiam Parium tam exactè requirere non eſt neceſſe; poſt plures Weſenb. *de F. c. 8.* quemadmodum & , præſentibus Conſiliariis nec non quibusdam Nobilibus Aulicis, inveſtituras conferri, in locis nonnullis uſitatum eſſe, notat Generoſiſs. Dn. à Seckendorff tr. Teutſcher Fürſten Stat. *d. p. 195.* & de Aula quadam Sax. Dn. Bejer. ad Schnobel. *Diſp. feud. 5. th. 18. pr.*

XXXVIII.

II. Ad formam ſubſtantialem, utrique inveſtituræ cum propriæ tum abuſivæ communem, exigimus, ut fiant ſub conditione ſive obligatione præſtandæ fidei ſeu fidelitatis; Obrecht. *de F. l. 2. c. 8. n. 79. & 86.* Vult. *de F. l. 1. c. 7. n. 38.* Boc. *d. c. 4. n. 4.* quam Vaſallus inveſtienti Domino promittere tenetur: cum in ea formalis ratio conſtituti feudi conſiſtat; *II. F. 5. 6.* Dn. Tabor. *in ichnog. doctr. feud. p. 1. n. 45.* quæ fidei præſtatio Vaſallo incumbit, etiamſi pacto juramentum fidelitatis ipſi remiſſum fuerit; *II. F. 3.* quo caſu nihilominus ad omnia illa, quæ juramento hoc continentur, obſtrictus eſt; Boc. *d. c. 4. num. 19.* Ludwell. *Syn. jur. feud. c. 14. p. 287. in fin.* vid. *infra* §. *40. & ſeq.* quam fidem licet non viciſſim

ciſſim Vaſallo Dominus expreſsè promittere teneatur, tacitè tamen & per conſequentiam, dum fidem à Vaſallo requirit, & ipſe ad fidem adſtringitur. *II. F. 6. ubi* Andr. de Iſern. & Cujac. confer. *tit. ſeq. 51.* Dn. Struv. *in d. Synt. c. 2. aph. 5.* Cæterùm ad inveſtituram novam rei Eccleſiaſticæ, præter dictas ſolennitates propriæ & abuſivæ, etiam requiſita, rei ejusmodi aliàs alienandæ propria, exigi, monet Obrecht. *d. c. 8. n. 88.* vid. *ſupr. th. 17.* Formam verò ſubſtantialem inveſtituræ ſimultaneæ Saxonicæ in eo conſiſtere, ut Dominus cum conſenſu poſſeſſoris feudi unum vel plures ſcientes ac volentes unâ cum illo de eodem feudo inveſtiat, exponit idem *d. lib. 2. c. 9. n. 6. & ſeqq.*

XXXIX.

Accidentalis ſive externa inveſtituræ in genere forma eſt, quam I. inveſtientes & inveſtituram accipientes ex variis clauſulis atque pactis ſolent determinare; quæ pacta inveſtituræ adpoſita hinc appellantur tenor inveſtituræ, *I. F. 6. §. 1. II. F. 2. §. 2. & 18. pr. & fin.* item lex inveſtituræ: *II. F. 48. pr. & I. F. 27.* Siquidem pacta, negotiis appoſita, illa informant ac reformant; *l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 27. ff. de contrah. empt.* & ſervanda ſunt, modò naturâ vel Jure non ſint impoſſibilia; *arg. l. 7. §. 7. ff. de pact. & l. 6. C. de pact.* Andr. de Iſern. *II. F. 2. n. 18. & ibid.* Alvarott. *n. 7.* Unde ſunt vel licita, vel illicita: Licita, quæ fiunt de naturalibus feudi ſive qualitatibus juris authoritate feudo inditis: ut de ſervitiis, juramento fidelitatis, ſucceſſione, alienatione vel amiſſione feudi, iisque vel augendis, vel minuendis; Illicita verò, quæ ineuntur de ſubſtantialibus ſive eſſentialibus feudi, hoc eſt, iis, quæ vel ipſam illius eſſentiam conſtituunt: ut, quod, proprietate apud Dominum manente, jus utendi fruendi cum poteſtate rem caſu emergente vindicandi ſive utile, ut vocant, dominium Vaſallo conſtituatur, & quidem in re immobili, ſub obligatione ad fidem domino exhibendam, vel de iis, quæ eſſentiam neceſſariò conſequuntur: ut de fide, Vaſallo à Domino debita. vid. Dn. Struv. *Synt. jur. feud. c. 2. aph. 5. & ſeqq* Bocer. *de inveſt. c. 5. n. 23. usq. ad finem,* ubi latius agit de generibus, interpretatione & effectu pactorũ inveſtituræ, item Andr. Knichen *integro tract. de Veſtiturarum pactionibus,* Gothofr. Anton. *diſp. feud. 4. th. 7. lit. F. & G.* Niell. *Diſp. feud. 4. th. 4. & 5.* Et ſi aliqua lis

ſit inter Dominum aut vaſallos circa feudum, inveſtitura fieri poterit ſub clauſula: einem jeden zu ſeinem Rechten/ſo viel er deſſen daran hat; vel: Als wir daran durch Recht zu verleihen haben; aut: Salvo jure tertii: cum circumſpectione tamen, ne conceſſiones hæ iterentur; nunquam ita vaſallis ſolicitis extituris de docendo jure ſuo; non ſine moleſtiis hinc ipſi Domino metuendis. Dn. Tabor. *in ichnog. doctr. feud. p. 1. n. 43.* ſecundum alios *ibid. cit.*

X L.

II. Ad formam accidentalem ſpectat juramentum fidelitatis, quod etiam vaſallagium dicitur, Hottom. *de verb. feud, eod.* Schrader. *de F. p. 6. c. 6.* & in jure feudorum interdum nomine fidelitatis ſimpliciter venit; *II. F. 3. 4. 24. in fin.* quod juramentum ſemper præſtari convenit, quando id Dominus requirit: Ex ejus enim præſtatione præprimis præſumitur res feudalis, dominiumque directum pertinere ad illum, cui præſtatur. Dn. Richt. *p. 1. Decis. 60. n. 36.* Nec diſtinguimus de jure, utrum feudum ſit magnum an modicum, Vult. *de F. l. 1. c. 7. n. 30.* Boc. *d. c. 4. n. 13.* Diſſ. Schrad. *d. p. 6. c. 4. n. 18.* Mozz. *de ſubſt. feud. n. 12.* vel francum aut tale, ex quo Vaſallus annuum canonem præſtare Domino tenetur. Roſenth. *d. F. c. 2. concluſ. 56.* Conventione tamen juramentum hoc ita remitti poſſe, ut nihilominus Vaſallus ad omnia ea, quæ juramento illo continentur, obligatus ſit, dictum eſt præced. th. 38. quia id non ad eſſentialia, ſed naturalia feudi pertinet; utpote quæ ſalvâ feudi eſſentiâ pactis immutari & ab eo abeſſe poſſunt, *II. F. 2. §. præterea & 3. in fin. l. 5. §. 4. ff. de praſcr. verb.* & juramenti præſtatio nihil cum ſervitiis aliisque actibus commune habet: cum hoſce etiam abſque illa fidelis Vaſallus exequi poſſit. Schulz. *Syn. jur. feud. c. 3. n. 21. & c. 9. n. 90.* ubi ſcribit, quod ita demum pro neceſſario conſequenti inveſtituræ juramentum illud reputetur, quando Dominus id requirit. Illi autem, quibus per conventionem juramentum eſt remiſſum, vocantur Vaſalli per non ſacramentum. *II. F. 48.* Boc. *d. c. 4. n. 19.* Omnes igitur Vaſalli, quibus hoc juramentum fidelitatis non eſt remiſſum, jurare tenentur, non attenta ratione ſtatus, vel dignitatis, Schrad. *d. c. 4. n. 9.* Zaſ. *de F. p. 5. n. 73.* aut ſexus. *II. F. 3. in fin. c. 11. §. verum de ſtat. regal. in 6.* Hinc nec Clerici immunes ſunt ab hoc juramento. *arg.*

c. 30.

c. 30, 31. X. de jurejur. c. 7. X. de for. compet. Vult. *d. c. 7. num. 43.* Neque aliud dicendum, ſi Eccleſiæ feudum detur; *arg. II. F. 40. §. fin.* quo caſu ejus Prælatus juramentum hoc præſtare tenetur. *arg. d. §. de ſtat. regul. in 6. & qua tradit* Hartmann. *Obſerv. pract. 4. l. 2. tit. 54. de F. n. 5, 6.* cui ſubſcribit Dn. Struv. *d. c. 8. aph. 6. n. 2.* Diſſ. Boc. *d. c. 4. n. 19.* Ludw. *Syn. jur. feud. c. 14. p. 287. in fin.* Excipitur autem impubes. *II. F. 26. §. Si minori.* Vult. *d. c. 7. n. 37. vid. ſupr. th. 25.* Et, ſi plures ſint defuncti Vaſalli heredes, omnes jurare tenentur, ſive diviſum inter eos ſit feudum, ſive indiviſum: *II. F. 26. & 55. §. præterea.* Roſenth. *d. c. 6. concl. 36.* Carpz. *Jpr. forenſ. p. 11. conſt. 43. def. 28.* niſi unum eligere & per eum, tanquam procuratorem, id facere malint. Ludwell. *d. Syn. c. 11. p. 231.* ubi, hoc Germaniæ conſuetudine receptum eſſe, ex aliis refert. Ad præſtandum tamen hoc juramentum Seniorem viciſſim Vaſallo non teneri, intelligitur ex iis, quæ *θ. 38.* de promiſſione Vaſalli ſunt dicta; confer. Boc. *d. c. 4. n. 47.* Dn. Bejer. *ad Diſp. feud.* Schnobel. *V. th. 24.* Roſenth. *d. c. 6. concl. 86. in fin.* non obſtantibus verbis *II. F. 6. ibi: Dominus quoque in his omnibus vicem fideli reddere debet,* item vulgato illo: Dominum & Vaſallum ad paria judicari. Matth. de Afflict. *ad II. F. 6. n. 13.* Hæc enim de ipſa fide, inter Dominum & Vaſallum reciproca, accipienda ſunt; ad quam tamen Dominum ſaltem tacite & per conſequentiam adſtringi, dictum eſt *praced. th. 38.* quo ſenſu etiam *II. F. 58.* Dominum eſſe Vaſallo conjugem, hoc eſt, communi fidei vinculo conjunctum, dicitur. Neq; iniquum eſt, ut Dominus, tanquam Superior, & qui patroni vicem gerit, hîc aliquam prærogativam præ Vaſallo, tanquam cliente & beneficiario ſuo, habeat: Et ſanè non in omnibus, quamvis in pleriſque, eadem Domini & Vaſalli eſt ratio. Unde manaſſe videtur Gallicum proverbium, cujus meminit Hotom. *ad tit. 33. in fin. F. II.* Un Seigneur de beurre, mange un Vaſſall d'acier, hoc eſt, Dominus butyraceus devorat Vaſallum chalybeum; ſive, ut ipſe aliâs exprimi poſſe ait: Senior fictilis Vaſallum æneum conficit. add. Rittershuſ. *l. 2. c. 7. quæſt. 1. in partit. feud.* Dictumque juramentum etiam in recognitione feudi regulariter locum habere, notat Ludwell. *de renov. inveſt. c. 2. p. 371.*

XLI.

In formulis autem, verbis quidem diſcrepantibus, at reipſa & effectu coincidentibus, aliquot occupati ſunt tituli feudorum, nimirum *tit. 5. 6. 7. F. II. & tit. 21. F. I.* quarum ſumma eò redit, quòd Vaſallus Dominum præſtare velit incolumem, quod tutum, quod honeſtum, adeoque omne illud facere, quod Domino futurum ſit utile, nec, quod eidem ſit facile vel poſſibile, ſe difficile aut impoſſibile eff. cturum; *d. tit. 6.* ſeque ea ſervaturum, propoſito libro Evangeliorum manus vel primores ejus digitos imponendo, jurat. *II. F. 5* vid. Bitſch. *ibid. & ad d. tit. 6.* confer. Dn. Beer. *ad Diſp. feud.* Schnobel. *5. 8. 23.* ubi formulam in Saxonia uſitatam adducit; quales porrò in Germania receptæ, exhibet Schneidewin. *de F. part. 5. num. 13.* Schulz. *in Syn. F. c. 9 n. 35.* quibus inſerta reperiuntur hæc verba: Was einem frommen getrewen Lehnmann gegen ſeinen Lehn-Herren nach Gewohnheit und Rechtswegen zu thun gebüret ꝛc. vel: was ein getrewer Lehnmann gegen ſeinem Landes-Fürſten und Obrigkeit / von Gottes und Gewonheit auch Rechts wegen / zu thun und zulaſſen ſchuldig. Principes verò & Status Imperii tacto, ut proximè dictum, Novo Teſtamento, jurare: Ihrer Kayſerl. Majeſtät und dem Heil. Reich trew / hold / gehorſam und gewärtig zu ſeyn / auch nimmermehr in dem Rath ſeyn / noch einwilligen / oder befehlen / da ichtwas wider Ihre Kayſerl. Majeſtät oder das Reich gehandelt würde / in einigem Weg; ſondern deſſen Ehr / Nutzen und frommen befördern / und Ihr vor Schaden warnen / notat Dn. Myler. ab Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. c. 92. n. 2. & 5* cujus integram formulam exhibet Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. c. 7. n. 36.* & execrationis cujusdam, quandoque à Secretario Hiſpanico poſt præſtitum juramentum prolatæ, meminit Dn. Myler. cum aliis *d. c. n. 3.* Et quamvis aliâs intuitu Proteſtantium in genere introductum, ut per Deum & ſacroſanctum Evangelium, prætermiſsâ Sanctorum commemoratione, juretur, *Rec. Imper. de anno 1555.* § Und dañ dieweil ꝛc. *168.* aliquando tamen Auguſtanæ Confeſſioni addictos hîc noluiſſe jurare: So wahr mir Gott helffe und das H. Evangelium / ſed ſolum: So wahr mir Gott helffe / refert Sprenger. *in Lucern. modern. ſtat. Rom. Imp. p. 174.* Neque intereſt,

intereſt, ſive quis juramentum hoc ipſe, ſive in animam ſuam per procuratorem præſtet: *arg. II. F. 3. & 58. §. ita ſciendum. verſ. item inveſtit. & c. accedens 24. X. de præbend.* junct. *c. ult. de juram. calumn. in 6. & l. 17. §. fin. ff. de jurejur.* Sylvan. *de recognit. feud. q. 94. n. 6.* Weſenb. *de F. c. 8. n. 24.* Gail. *de Arreſt. Imper. c. 7. n. 11.* modò hic ſpeciali ad hoc mandato ſit inſtructus: Schrad. *de F. p. 6. c. 4. n. 31.* Schneid. *d. F. p. 5. n. 89.* niſi Dominus Vaſallum ipſum ex cauſa aliqua videre malit, forſan, quod eum ſuſpectum habeat & præſentem admonere ac terrere velit, aut regionis conſuetudo exigat, ut ipſemet Vaſallus veniat; ſicuti in Aula Electoris Sax. ſemper requiri, ex Hartm. Piſtor. notat Ludwell. *de renovat. inveſt. c. 1. p. 341.* confer. *ſupr. θ. 27. in fin.* Nec in Electoratu noviter conferendo propriam inveſtiendi Perſonam cum Limnæo *lib. 4. l. P. c. 7. n. 28.* exigimus: quippe caſus hic à dicta regula nullibi reperitur exceptus; & exempla, ut ille adducit, in alternativis, ubi utrumque fieri poteſt, nihil evincunt. Schüz. *in Colleg. jur. publ. vol. 1. Diſp. 7. θ. 18. lit. F.* Principesque ac Status Imperii in Aula Cæſarea per Reſidentes vel Agentes ſuos, mandatum ſpeciale exhibentes, feudorum renovationem petere, ſcribit Dn. Myler. *d. c. num. 8.* Procuratorem verò juramentum fidelitatis hac fortè formula præſtare: Ich N. N als gevollmächtiger N. N, ſchwere und gelobe in deſſen Gewiſſen und Seele / dem ꝛc. getrew / gehorſam und gewärtig zu ſeyn ꝛc. So wahr Ihm Gott helffe ꝛc. refert Dn. Struv. *d. c. 8. aph. 6. n. 5.* ubi, ut & *n. ſeq.* ejus feudi cauſâ, quod Civitati vel ſimili corpori conceditur, non niſi Syndicum, vel alium ad id conſtitutum, quem vocant Lehnträger/jurare, illumque ipſum, in cujus animam jurandum, habilem quoque eſſe debere ad id præſtandum, vel, usque dum hic talis fiat, exſpectandum, addit. - In Gallia vero procuratorem ad juramentum fidelitatis non admitti, ſed ab ipſo Vaſallo id præſtandum eſſe, poſt Molinæum & Limnæum notat Dn. Myler. *d. c. 92. n. 7.*

XLII.

Ad formam hanc III. ſpectat, quod inveſtitura non ſolùm purè, ſed etiam in diem, & ſub conditione fieri poſſit; Roſenth. *de F. c. 6. concl. 23.* Obrecht. *de F. l. 2. c. 8. n. 37. & ſeqq.* vid. *ſupra θ. 8. & 9.* variasque conceſſionum feudi vacaturi formulas exhibet

Addi-

Additionator ad Schneidewin. *de feud. part. 3. de perſ. qu. feud. dat. lit. F.* aliique citati à Dn. Beier. ad Schnobel. *Diſp. feud. ſ. th. 27. verb. Exſpectativam.*

XLIII.

Item IV, quod inveſtitura humiliter ac nudato capite, &, ſi Dominus Rex ſit, non ſolùm depoſitis armis, ſed etiam in genua procumbendo, ſit petenda. Schrad. *d. F. p. 6. c. 1. num. 19. in fin.* Idemque in renovatione inveſtituræ Principum ac Statuum obſervari, ſive ea coram Imperatore, ſive Aulico Conſilio, ſive ab ipſis Statibus, ſive per procuratores petatur, inquit Dn. Myler. *d. c. num. 5.* & ſi quæ ſunt aliæ ceremoniæ & ritus, circa actum inveſtituræ undiquaque recepti; quorum undecim, computato tenore utrinque differendi, recenſentur in Limnæ. enucleat. *l. 2. c. 18. n. 5.* de quibus latius Arumæ. *de Comit. c. 8. n. 73.* ſeque eos, qui à mandatariis ibidem requiruntur, anno 1659. in renovatione inveſtituræ Ducatus Würtenberg. & Teccens. nec non Comitatus Principalis Montiſpelgardienſis, in præſentia infinitorum Procerum tam Ungariæ quam Germaniæ, accuratè obſervaſſe ſcribit laudatus Dn. Myler. *d. tr. c. 91. n. 20. & preced. 8.* quos ſuccinctè refert Dn. Reichenbach *ad Diſp. feud.* Schnobel. *ſ. th. 18. L. Y.* quoad feudum vero Bohemiæ ſaltem dextro genu procumbi, refert Sprenger. *in fontib. jur. publ. Rom. Germ. p. 1064.* Quibus etiam ſolennitatibus ſimultaneæ inveſtituræ in Aula Cæſarea peragantur, videre eſt apud Limnæ. *cit. loc.* Cæterùm, præſtito prius ab inveſtiendo ejusve mandatario in genua procumbente juramento fidelitatis, dictum enſem vel ab Imperatore, vel adſtante illius Mareſchallo ad oſculandum capuli prehendendi conum porrigi ſcribit Dn. Myler. *d. c. num. 6.* vid. tamen *θ. 14.* iisdemque ſolennitatibus in Aula Cæſarea tam legatos quam Principales inveſtituram accipere, niſi quod hi, ſi fuerint Principes, etiam tales habeant comitantes & adſiſtentes, ait Sprenger. *d. Lucern. p. 178.* Irenic. *in colleg. ad* Dn. Burgoldens. *part. 3. p. 43. circ. med.* Tametſi quoq; ex Aula ſignificari ſolere, quæ ceremoniæ obſervandæ ſint, exemplo inveſtituræ, toti Domui Saxonicæ anno 1664. in Comitiis adhuc durantibus factæ, notet Dn. Beier. *ad d. Diſp.* Schnobel *ſ. th. 18. in fin.* qui etiam, Vaſallos in Saxonia renovationem ſupplici libello petere, eamque

peti-

petitionem Germ. vocari Lehnsſinnung / Lehnsmuthung/ *d. th. pr. & præced. 12.* tradit.

XLIV.

V. Ad formam hanc itidem pertinet, quod jure communi feudali inveſtitura fiat in Curia Domini; vid. Bocer. *de inveſt. c. ult.* Ludwell. *de renov. inveſt. c. 2. p. 366.* Principum ac Statuum olim fiebat in Comitiis, Limnæ. *d. loc.* theatro ſub dio exſtructo: Sprenger. *in Lucern. modern. ſtat. p. 178.* Hodie vero, mutato illo more poſt tempora Caroli V. Irenic. *d. loc.* peragitur in Aula Imperatoris, in conclavi, quod vocant die Ritterſtube: Idem *d. loc.* niſi pactione vel privilegio diverſum ſit receptum; Dn. Myler. *d. c. 91. n. 9.* ſicuti Regi Bohemiæ privilegium eſſe, ne ultra quindecim milliaria Germanica extra Regnum, & Domui Auſtriacæ, ne extra Auſtriam inveſtituram petere teneatur, poſt alios *ibidem* notat; penes quam Domum inter alia etiam hoc ſingulare eſt, quod ArchiDux inveſtituram accipiat tecto capite & equo inſidens, baculumque in manu tenens; juxta privilegium, quod integre adducit Speidel. *in Specul. var. notab. voc.* Ertzhertzogen. *fol. 296. col. 2. circ. med.* Sic Domum Holſaticam, ne itineris diſpendio gravaretur, antehac habuiſſe privilegium, quod de terris ſuis per Commiſſarium perpetuum, Epiſcopum nimirum Lubecenſem, inveſtituram acciperet; cùmque id muneris Carolus V. Imp. amore affinitatis Chriſtiano II. Regi Daniæ delegaſſet, cæteros Holſatiæ Principes noluiſſe in id conſentire, meminit Sprenger. *d. Lucern. p. 200.*

XLV.

VI. Refertur quoque ad formam accidentalem, quod ſuper actu inveſtituræ tum primæ tum iteratæ, ad finem perducto, confici ſoleat inſtrumentum; quod hinc vocatur inſtrumentum inveſtituræ, *II. F. 58.* item publicum inſtrumentum, *II. F. 2. §. ſi autem inveſt.* & breve teſtatum; *I. F. 2. §. 1. ubi* vid. Birſch. Germ. Lehnbrieff; tametſi breve teſtatum Germ. Lehnſchein / Lehnbekäntnus/ dici, & ab inſtrumento, Lehnbrieff / ceu prolixiore documento, differre notet Dn. Beier. ad Schnobel. *Diſp. feud. 5. th. ult.* junct. *præced. 18. p. 198. in fin. & p. ſeq. pr.* ubi formulam dicti brevis, Lehnſcheins/adducit. Et quamvis nonnulli hoc ad ſolennitatem actus referant, exiſtimantes, teſtificationem alternative

 vel

vel teſtibus vel inſtrumento fieri debere, vid. Ludwell. *Syn. jur. feud. c. 8. p. 141.* rectius tamen alii contendunt, ſcripturam tantùm ob futuram rei memoriam adhiberi, ut, quod actum eſt, per eam, ſicuti in aliis fit contractibus, *l. 4. ff. de pign. l. 17. C. de pact.* facilius probari poſſit; *1 F. 2. §. 1. tit. 3. 4. II. F. 25. §. ult.* Sonsbec. *de F. de F. p. 9. n. 32. & ſeqq.* Weſenbec. *de F. c. 8. n. 31.* Dn. Struv. *Synt. jur. feud. c. 8. aph. 8. n. 2.* ad cujus legitimam fidem jure feudali, & quidem quoad inveſtituram novi feudi, ſubſcriptio Parium Curiæ, *II. F. 2. pr. verſ. Si enim & 58. §. 2. verſ. idcircò.* ratione autem antiqui feudi, ſive Parium ſive extraneorum neceſſaria videtur; *II. F. 32. §. de veteri.* Ex hodierno uſu ſubſcriptione illa opus non eſt, ſed ſufficit, ſi inſtrumentum Domini ſubſcriptione & ſigillo, peculiariter plerumque ad id efformato, vel aliàs majori roboretur, eoque exprimatur, dictos teſtes actui interfuiſſe. Schulz. *Syn. Jur. feud. c. 9. n. 69.* Dn. Struv. *d. aph. n. 3.* Rudinger. *lib. 1. var. lect. jur. feud. c. 48. n. 4.* Hujusmodi tamen ſubſcriptioni & ſignationi Principis accedere ſolere ſubſcriptionem locum tenentis Principis & Cancellarii, notat Vult. *de F. l. 1. c. 7. n. 42.* Sicuti vero petenti Vaſallo Dominum ad dandum dictum breve vel inſtrumentum, ita viciſſim huic Vaſallum ad antapocham, vulgò reverſale, teneri, ſcribit idem *cit. loc.* Schnobel. *d. th. ult.* quod tamen Dn. Beier. *ad eandem* in Curiis Saxonicis, quantum ipſi conſtet, non frequentari, niſi quod, ſi feuda majora peregrinis Vaſallis ac potentioribus dentur, ſimile quid obſervari compererit, inquit. Non ſolùm autem ſuper peracta, ut dictum, inveſtitura, ſed etiam in teſtimonium petitæ ejus renovationis breve aliquod Vaſallo à Domino concedi ſolet; quod Germ. Muthſzettel vocatur; Dn. Struv. *d. Synt. c. 10. aph. 4.* Wehner. *in Obſ. hac voc.* Rüdinger. *cent. 3. obſ. 75.* cujus formula continetur in indulto apud Dn. Beier. *ad d. Diſp.* Schnobel. *th. 18.*

XLVI.

VII. Nec ſiccò, ut ajunt, pede prætereundum eſt, quod jure feudali communi pro ipſa inveſtitura nihil ſolvendum; utpote quæ gratis facienda: cum ad quidquam aliud Vaſallus Domino haut obſtrictus ſit, quàm quod juramento fidelitatis continetur: *arg. II. F. 5. 6. 7.* niſi forte aliud pacto vel tenore inveſtituræ actum,

arg. II.

arg. II. F. 12. aut ſtatuto vel conſuetudine loci aut Curiæ cautum. *arg. l. 32. ff. de Legib.* Ludwell. *de renov. inveſt. c. 2. p. 556.* Hinc uſu quoque multorum locorum invaluit, ut in redhoſtimentum inveſtituræ laudemium quoddam ſive relevium, German. Lehnwahr/ Lehngeld / Handlohn / præſtetur; Franzk. *de laudem. c. 8. n. 1. & ſeqq.* Ludwell. *d. loc.* Sicut de Gallia teſtatur Cujac. *I. F. 1. & 5.* de Sabaudia Guid. Pap. *deciſ. 415. n. 3.* de Hollandia Neoſtad. *de Feud. Holland. ſucceſſ. c. ult.* & de quibusdam Germaniæ locis, non ſolum quoad feuda ruſtica, quæ vulgo dicuntur Churmiet/Hoff⸗ vel Huebgüter; Roſenth. *de F. c. 6 concl. 66. n. 2. junct. c. prac. 2. concl. 64. n. 2. & 3.* confer. Knichen. *de veſtit. pact. p. 2. c. 4. n. 143.* verum etiam nobilia, Rittergüter/ Dn. Struv. *dict. Synt. c. 10. aph. 12. n. 7.* Et quidem in Gallia id redimi ſolere reditu unius anni vel pecuniâ certâ arbitrariâ, ait Cujac. *d. loc.* In Hollandia communiter dari calcaria, vel par chirothecarum, aut falconem, canem, vel par cuniculorum, caponum ſaginatorum, vel ſalmonem, aut libum Dordraceum, vel ſimile quid honoris gratiâ, eique addi quid in pecunia pro Camerario Domini Paribusque Curiæ qui adſint, inquit Neoſtad. *d. loc.* Plurimis in locis & cumprimis Provinciis Saxonicis in ſingulos centenos florenos quinque, & in quibusdam decem, alicubi etiam honorarium ſaltem, idque vel primis inveſtituræ tabulis definitum, vel more inductum ſolvi, meminit Dn. Struv. *d. loc.* Id quod in Germania non tantùm in renovatione ſeu inveſtitura iterata, de qua ſaltem loquitur Dn. Struv. & Ludwell. *dd. loc.* ſed etiam in prima paſſim receptum eſſe, ſcribit. Rittersh. *partit. feud. l. 1. c. 10. q. 15. circ. fin.* In Imperio autem noſtro eo nomine tantùm aliquot florenos ſolvi, ait Ludw. *Syn. feud. c. 11. p. 234.* eosque, vel quod aliàs pendi ſoleat, plerisque in locis Cancellariæ ſeu Officialibus relinqui & in partem ſalarii imputari, notat Dn. Tabor. *in Ichnograph. doctr. feud. p. 1. n. 38.* Cæterùm ex præſcripto aureæ Bullæ *tit. 29.* Electores quidē ab ejusmodi præſtatione ſunt im̄unes, niſi ultro Cæſareis Officialibus quid largiri velint; reliqui verò Principes Eccleſiaſtici & Seculares ſexaginta tres marcas argenti cum fertone ſeu quadrante, quarum una ſecundum Budelium *de re monet. c. 13.* novem imperiales, vel, ut alii autumant octo thaleros Joachimicos conſtituit, ſolvebāt; à quibus quantum hodie

ſit numerandum, & inter quas Perſonas diſtribuendum, ejus deſignationem exhibet Limnæ. *in addit. ad lib. 4. jur. publ. c. 7. n. 27.* Sprenger. *in Lucern. modern. ſtat. Rom. Imp. p. 175. & ſeqq.* ubi, inſuper hereditarium Theſaurarium, nempe Comitē de Sinzendorf, qui propter octavum Electoratum acceſſit, tantundem, quantum hic alii accipiunt, prætendere, tametſi Statibus quibusdam id ægre ferentibus, addit. Quin & ſupremum Stabuli Magiſtrum æqualem cæteris portionem affectare, ex relatione ſibi facta ſcribit Limnæ. *d. loc. num. 3.* Eamque taxam vel magno Aulæ Magiſtro vel Vice-Cancellario porrigi annectit; de qua tamen partem ſuam Cancellariæ immediatè, ut & inferioribus Aulæ miniſtris ſolvi, ſe noviſſe ſcribit idem *d. loc.* Ad quam taxam ſolvendam Principes & ſimiles omnes ſunt obſtricti: niſi qui privilegio ſint exemti: *A. B. l. t. 29.* ut Archiduces Auſtriæ. Limnæ. *lib. 5. l. P. c. 2. n. 31.* Speidel. *in ſpec. var. notab. voc.* Ertzhertzogen. *fol. 296. col. 2. in med.* Et ſingulare eſt, quod Electi aut Poſtulati in Archiepiſcopos, Epiſcopos vel Prælatos, Auguſtanæ Confeſſioni addicti, ultra taxæ ordinariæ ſummam dimidium ejus pendere teneantur. *Inſtrument. Pac. Cæſareo-Suec. art. 5. §. 21.* Quas tamen erogationes non ſub titulo taxæ, ſed magis honorarii, vulgò die Lehn Regalien/ exſolvi, notat Dn. Myler ab Ehrenbach *de Princip. & Statib. Imp. c. 92. ſub. fin.*

CAPUT IX.

De

Fine.

XLVII.

HIc vel proximus eſt vel remotus. Proximus eſt, ut hujus inveſtituræ medio res in feudum cedatur: feudum enim ſine inveſtitura non transfertur; *l. F. 25.* vel, ſi ſucceſſor jam in poſſeſſione feudi ſit, ut in Vaſallum ſuſcipiatur; *per ea quæ notat* Dn. Beier. *ad Diſp. feud.* Schnobel. *5. th. 12. verb. obligatoriè.* Inveſtituræ verò ſimultaneæ Saxonicæ, ut omnes, ſive agnati ſive penitus extranei, ſimul feudum habeant & ſibi invicem ſuccedant. Obrecht. *de*

F. l. 2. c. 9. n. 11. Remotus porrò eſt vel intermedius vel ultimus. Ille eſt utilitas vel Domini, ut peractâ inveſtiturâ is ſibi vaſallum fidelem & regulariter ad ſervitia obſtrictum habeat; *II. F. 23. in fin. & 26. §. 2.* Zaſ. *de F. p. 7. n. 16.* atque inſuper quoad inveſtituram iteratam, ne longinquitate temporis obſcuretur & dubium reddatur jus Domini; Sylvan. *de recogn. feud. q. 12.* vel Vaſalli, ut is inveſtiturâ à Domino ſibi conceſsâ, beneficiis & benevolentiâ ejus plenè cum ſuis utatur fruatur. *II. F. 23.* Zaſ. *d. tr. p. 6. num. 34.* Ultimus eſt bonum publicum, Reip. ſcil. commodior defenſio, & familiarum, maximè Illuſtrium, conſervatio. *arg. eor. quæ tradit* Ludwell. *Syn. jur. feud. c. 14. p. 288.*

Caput X.

De Effectu.

XLVIII.

Effectus inveſtituram conſequentes conſiderari poſſunt I. in genere, tum quoad inveſtientem ſive Dominũ, tum inveſtitum ſeu Vaſallum; qui effectus quoad utrumq; porrò pro diverſitate ſpecierum inveſtituræ diverſi ſunt. Reſpectu inveſtiti ſeu Vaſalli effectus alii concernunt rem ipſam per inveſtituram conceſſam, alii ejus perſonam. Ratione rei, & quidem quoad inveſtituram propriam, Vaſallus conſequitur I jus in re feudali, nempe quaſi dominium, quod vulgò vocant dominium utile. *arg. II. F. 8. §. rei autem. junct. l. 1. ff ſi ag. vect. l. 23. ff. de R. V. & quæ tradit* Magnif. Dn. Plato, Cam. Imp, nunc Aſſeſſor, *in Differt. Inaug. de Offic. Jud. Nob.* ſub Præſid. itidem Excellentiſſimi Dn. Præſidis θ. 2., nec non Excellentiſſimus Dn. D. Bardili, Patronus ac Præceptor meus pariter ætatem deveuerandus, *in Diſp. de nud. propriet. θ. 24.* Quale dominium habere, nihil aliud eſt, quam habere jus & facultatem ex re aliqua percipiendi omnem utilitatem cum poteſtate rem utiliter vindicandi & de ea diſponendi, quodamñodo tamen cum authoritate Superioris. Intrigliol. *de feud. q. 9. n. 18.* Hinc ratione juris hujus

Vaſallus habet jus,percipiendi omnes fructus indifferenter, tam naturales quam induſtriales, & lucrandi tam perceptos quam pendentes, nec non civiles, *II. F. 23. & 28. §. his.* &, usque dum perſona ipſius non mutatur,diſponendi quoque de naſcituris, Rittersh. *partit. feud. l. 2. c. 2. q. 2.* poſſidendi jure feudi incrementa tum naturalia, *v. g.* per alluvionem,coalitionem, *I. F. 4*, tum induſtrialia,ut ædificium ab ipſo inibi exſtructum, *arg. §. 30. I. de rer. div. l. 7. §. 10. ff. de acquir. rer. domin. junct. II. F. 8. §. 1.* locandi etiam ad longum tempus, *II. F. 9.* litigandi,tranſigendi,licet quoque non retineat feudum, *II. F 26. §. ſi vaſallus de beneſic. & 43.* compromittendi, *II. F. 15. 34. in pr. & 46.* refutandi, *II. F. 14. & 38.* ſubinfeudandi; *II F. 26. §. beneficium & 34. §. 2.* non autem alteri uſumfructum formalem in feudo conſtituendi, vel id ſine conſenſu domini oppignorandi, aut in extraneum plane alienandi. Dn. Struv. *d. Synt. c. 12. aph. 9. in fin.*

XLIX.

II. Propriæ inveſtituræ medio nanciſcitur Vaſallus poſſeſſionem rei feudalis; *II. F. 7. in fin. 8. §. 2. & tit. 22. 26. §. Si facta.* ſed qualem, Civilem an vero Naturalem? Civiliter Vaſallum poſſidere putat poſt Bart. & alios Rittershus, *cit. loc.* Hunn. *de F. l. 2. c. 12. p. 317.* rectius tamen diſtinguitur, illum rem quidem naturaliter poſſidere, idque ex natura ejus poſſeſſionis, quia proprietas eſt Domini, *II. F. 8. §. f.* & Vaſallus non animo Domini poſſidet, ſed tantùm ſibi detinet ad uſum juris, quod in re conſtitutum habet; *cum* Setz. *de* F. Ludwell. *Syn. feud. c. 15. ſub princ.* ſecus verò ſi reſpiciamus ipſum jus: quia juris eſt Dominus. *arg. §. 4. verb. habet jus &c. Inſt. per quas perſ. c. acquir. & ſimil.* Non tamen opus eſt, ſingulas feudi partes tradere & apprehendere, ſi in univerſitate rerum id conſiſtat, ſed vel unam, animo totum tradendi & apprehendendi, tradi & apprehendi ſufficit. *arg. l. 3. §. 1. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* Dn. Struv. *d. Synt. c. 8. aph. 11. n. 3.* Vult. *de F. l. 1. c. 8. num. 12.* Obrecht. *de F. l. 2. c. 8. n. 101.* Chriſtinæ *vol. ult. deciſ. 14. n. 22. & ſeq.*

L.

De inveſtitura abuſiva hîc non convenit inter DD: per hanc enim

enim etiam jus feudi ſeu dictum dominium utile transferri, ſtatuunt Carpzov. *diſp. Feud. VI. th. 4.* Ludwell. *d. ſyn. c. 8. p. 164.* Duaren. *de F. c. 7. n. 6.* Finckelthaus. *diſp. feud. 7. c. 3.* Gudelin. *de F. l. 2. c. 5. n. 10.* contra verò abuſivam non jus hoc in re, ſed tantùm jus ad rem, adeòque nec poſſeſſionem tribuere, aſſerunt Dn. Struv *d. c. 8. aph. 9.* Dn. Bechman. *in uſu pract. feud. Exercit. 7. p. 180.* Bitſch. *in comment. ad II. F. 2. p. 222.* Matth. de Affl ct. *ad II. F. 7. §. 1. n. 2.* Roſenth. *de F. c. 6. concluſ. 6. n. 7.* And. de Iſern. *ad I. F. 26. §. ſi facta* Arum. *diſp. feud. 5. th. 9.* Mynſ. *cent. 4. Obſ. 61.* Gail. *2 Obſ. 52.* quam communem eſſe Interpretum ſententiam, inquit Dn. Struv. *d. loc.* Sed juxta mentem B. Boceri diſtinguendum videtur I. Inter abuſivam verbalem ac ſymbolicam, vid. *ſupr. th. 7.* & II. rurſus inter ſequentes certos caſus ſymbolicæ. In verbali Vaſallus non modò conſequitur jus apprehendendi poſſeſſionem rei feudalis, ſed & jus feudi ipſa apprehenſione acquirit; *II. F. 33.* Bocer. *de inveſt. c. 2. n. 73.* Dn. Tabor. *in ichnog doctr. feud. p. 1. n. 32.* quod utrumque etiam dicendum de ea abuſiva, quâ Dominus ſymbolum tradendo Vaſallum ire ſimul & apprehendere vacuam poſſeſſionem jubet. *d. t. 33. pr.* Dn. Tabor. *d. p. n. 40.* Quod ſi abuſiva facta ſit in re præſenti ſive oculis ſubjecta, dictum dominium utile ac poſſeſſio itidem translata intelligitur. Matth. de Afflict. *II. F. 2. n. 1. & arg. l. 1. §. 21. ff. de acquir. vel amitt. poſ.* Bocer. *d. c. 2. n. 75.* Id quod aſſerendum quoque de illa, quâ Dominus ſymbolo interveniente quem jubet habere & tenere in feudum ea prædia, quæ jam ante ex cauſa quadam, puta depoſiti, commodati, locati, tenet. *arg. l. 9. §. 5. ff. de acquir. rer. domin. §. 43. I. de rer. divſ.* Bocer. *d. n. verſ. ſimiliter.* Idem de ea ſentiendum, quâ legitimus feudi ſucceſſor, qui jam in ejus eſt poſſeſſione, inveſtitur à Domino, ut rem illam nunc jure feudi poſſideat. *arg. II. F. 3. pr. verſ. qua de veteri junct. verſ. ſeq.* Bocer. *d. n. verſ. unde.* Quod ſi verò Dominus porrecto ſymbolo ſaltem dicat, ſe inveſtituram facere de re, quam vel ipſe poſſidet, vel alius Vaſallus, in caſum mortis hujus ſine liberis conceptam, hiſce caſibus nec poſſeſſio nec dominium utile transfertur. *arg l. 20. C. de pact. l. 8. C. de act. emt. & vend. II. F. 7. §. ult. & 26. § ſi facta & I. F. 4. pr. verſ. 1.* Bocer. *d. c. 2. num. 76. & ſeq.* quem hac in re ſic diſtinguentem laudat & ſequitur Dn. Tabor. *d. loc.*

loc. Quæ ita diſtinctè etiam de inveſtitura infeudandi res incorporales dici poſſe videntur, habito reſpectu, utrum Dominus ſtatim patiatur, vel non patiatur, inveſtitum hoc vel illo jure uti. *arg. d. text. junct. l. 3. §. 1. ff. de uſufr. & qua tradit* Dn. Struv. *d. ſynt. c. 8. aph. 11. n. 2. in fin.* Quamvis autem, ut proxime dictum, per inveſtituram abuſivam, porrecto ſymbolo ſed poſſeſſione non aſſignata factam, haut transferatur poſſeſſio; Dominus tamen ita adſtringitur, ut rem vel actu tradat, vel, quod loco traditionis eſt, pati cogatur, Vaſallum ingredi poſſeſſionem & rem occupare; adeò, ut, licet malit Vaſallo præſtare id, quod intereſt, non liberetur: *II. F. 26. §. ſi facta ibiq.* Bitſch, Dn. Struv. *d. c. 8. aph. 9. n. 3.* Duar. *de F. c. 7. n. 2. & 7.* Sonsbec. *de F. p. 9. n. 22. & 31.* Roſenth. *de F. c. 6. concl. 6. & ſeq.* Borcholt. *de F. c. 7. n. 8.* modò facultatem rei tradendæ habeat, *arg. l. 6. C. de her. vel act. vend. l. 1. pr. l. 11. §. 9. ff. de act. empt. l. 4. C. eod.* Schrad. *de F. p. 5. c. 2. n. 17.* Chriſtinæ. *d. vol. ult. deciſ. 14. n. 24.* & inveſtitura abuſiva ſit pura. *arg. §. 4. I. de V. O. & l. 213. ff. de V. S.* Diſs. Niell. *diſp. feud. 4. th. 4. lit. G.* Imò ſi Dominus, facultatem rei tradendæ habens, ſit in mora poſſeſſionem transferendi, tunc, præter rem, omnem utilitatem, id eſt, omne id, quod intereſt, rem debito tempore traditam non eſſe, præſtare Vaſallo tenetur. *II. F. 7. §. fin. junct. l. 21. §. 3. ff. de act. empt.* Schrad. *cit. loc.* Inter duos verò, de eodem feudo diverſis vicibus abuſive inveſtitos, præfertur prior, ut ipſi res ſit tradenda: niſi poſterior primùm poſſeſſionem ſit nactus; *arg. l. 15. C. de rei vind.* Roſenth. *d. c. 6. concl. 9.* quod tamen fallit, ſi eodem tempore gnarus fuerit inveſtituræ alteri factæ, Hartm. Piſtor. *l. 2. q. 20. n. 28.* quibus ſubſcribit Dn. Struv. *d. aph. 9. n. 5. & ſeqq.* Vult. *de F. l. 1. c. 10. n. 11. verſ. Quinimo & ſeqq.* Neque etiam ſufficit, ſi poſſeſſio rei feudalis tradatur, niſi quoque tradatur vacua. *II. F. 7. in fin.* Curt. Jun. *de F. p. 2. m. 2. 21. 32.* Schrad. *d. c. num. 18.* Weſenbec. *de F. p. 4. n. 11.* Schoner. *l. 1. diſp. 8. th. 17. cum ſeqq.* Sed quæritur hoc loco: An abuſivè inveſtito non etiam liceat propria authoritate rei feudalis poſſeſſionem occupare? Negat hoc Ludwell. *ſynopſ. jur. feud. cap. 8. pag. 171.* Setz. *diſput. feud. 6. th. 5.* verùm id eidem licere, cum communi Feudiſtarum ſchola ſtatuunt Borch. *de F. c. 7. n. 10,* Vultej. *d. loc.* Schneid. *de F. p.*

4. n.

4. n. 11. Roſenth. *de F. c. 6. concl. 11. n. 7.* Sonsbec. *de F. p. 9. n. 30.* Ruding. *l. 1. var. lection. feud. c. 9. n. 2.* Weſenbec. *de F. c. 8. n. 15.* Gail. *2. Obſ. 152.* cum hæc ab initio intelligatur tacita voluntas Domini eſſe, ut abuſivè inveſtitus feudi poſſeſſionem ingrediatur: *arg. II. F. 33. pr. verb. quia &c.* Finckelt. *diſp. F. 7. cont. 6.* Carpzov. *diſp. feud. 6. θ. 5.* Dn. Struv. *d. c. 8. aph. 10.* quod tamen exaudiendum eſt de poſſeſſione vacua, ut illam ſine nova Domini conceſſione intrare Vaſallo liceat; non autem quando tertius adhuc in ea eſt: cum nec Domino competat facultas alium de poſſeſſione dejiciendi, nedum ut illam Vaſallo concedere fas ſit: Modeſtin. Piſtor. *p. 1. q. 9. n. 1.* Roſenth. *cit. loc.* Tametſi etiam re vacua, ob præcavendum tumultum, ſi forte Dominus reſiſteret, conſilio Fichardi, à Vultejo & Dn. Struv. citatis locis approbato, melius abuſivè inveſtitus faciat, ſi per libellum ſupplicem prius ea de re imploret magiſtratum, & tunc ejus authoritate poſſeſſionem ingrediatur; quod etiam probat Excellentiſſimus Dn. D. Fromman/ Patronus ac Præceptor meus itidem ætatem devenerandus, *in Diſp. de ſiſt. tradit. θ. XX.* In multis tamen locis, maximè Belgii, raró aut nunquam actu Vaſallum in poſſeſſionem rei in feudum conceſſæ induci, ſed inveſtiturâ etiam abuſivâ ſolâ, verbis & ſignis factâ, dominium utile & poſſeſſionem in eum transferri, præjudiciis Curiæ Mechlinienſis & Brabantinæ ſimul adductis, teſtatur Chriſtinæ. *d. deciſ. n. 29. & ſeq.*

LI.

Reſpectu Perſonæ vaſalli peractæ inveſtituræ effectus eſt obligatio fidelitatis viciſſim erga Dominum: *II. F. 23. in fin.* Omnibus enim viribus belli pariter ac pacis tempore, ea, quæ fidelitatis appellatione continentur, præſtare tenetur Vaſallus; *II. F. 5. 6. 7.* neque ullum omninò feudum eſt, ex quo fidelitas non debeatur. Borch. *de F. c. 1. n. 20.* Hæc autem obligatio Vaſallum ſimpliciter ad reverentiam Domino exhibendam, promovenda ejus commoda & avertenda damna, nec non regulariter ad ſervitia præſtanda obſtringit; *II. F. 23. in fin. 5. 6. 7. 55. §. 1.* Dn. Struv. *d. c. 8. aph. 9. in fin. & c. 11. aph. 3. & ſeqq.* Ludwell. *Syn. 1. F. c. 14. p. 289.* confer. *ſuper θ. 38.* quæ tamen, arbitrio ſuo, vel ipſe, vel per ſubſtitutum, vel per contributionem redituum regulariter præſtare poteſt. *d. §.*

Firmiter. Obrecht. *de feud. lib. 3. c. 5. n. 34. junct. praeced. n. 19. & ſeqq.* ubi limitationes addit.

LII.

Quibus autem remediis Vaſallus poſſit agere adverſus Dominum reluctantem, & an etiam adverſus extraneum poſſeſſorem, operæpretium eſt indagare. Et pro uberiore intellectu diſtinguendum: Aut enim I. ſaltem facta eſt feudi promiſſio nulla interveniente inveſtitura: & tunc ad rem medio inveſtituræ à Domino ejusve heredibus *I. F. 9.* obtinendam, dantur actiones perſonales ſecundum conventionis vel negocii, per quod promiſſio facta eſt, naturam: nimirum actio ex ſtipulatu, ſi Dominus interveniente ſtipulatione Vaſallo feudum promiſit; Schneid. *de F. p. 1. n. 27.* Borch. *de F. c. 9. n. 10.* actio ex empto, ſi pro certa pecuniæ ſumma promiſſio iſthæc ſit facta; Weſenbec. *de F. c. 10. n. 8.* Roſenth. *de F. c. 12. concl. 11. n. 7.* actio præſcriptis verbis, ſi permutatione, aut alio contractu innominato; Condictio ex lege, ſcil. *l. 35. C. de donat.* ſi donationis titulo feudum ſit promiſſum. Boc. *de inveſt. c. ult. n. 3.* Et quamvis ex pacto Jure Civili non detur actio, *l. 7. §. 4. 5. ff. de pact.* moribus tamen noſtris inde etiam in foro civili efficax competit; quæ hoc ſenſu quoque hic datur, & dicitur condictio ex moribus; Dn. Struv. *d. Synt. c. 7. aph. 7.* Goth. Anton. *Diſp. feud. 13. θ. 1. lit. f.* Diſs. Carpz. *Diſp. feud. 10. θ. 24.* perſecutio extraordinaria ſive Imploratio Nobilis Officii Judicis, ſi pollicitatione, *arg. l. 1. ff. de pollicitat.* quando ſcilicet nulla intervenit cauſa, ſed promiſſio de inveſtiendo tantùm facta eſt per pactū. Schneidw. *cit. loc.* Roſenth. *d. concl. 11. n. 10. 12.* Vult. *de F. l. 2. c. 1. n. 11.* Schrad. *de F. 2. part. 9. ſect. 9. n. 34.* Huc etiam pertinet actio ex teſtamento, ſi eo alicui feudum relictum ſit; *arg. l. 29. §. 3. de legat. 3.* Bocer. *d. loc.* Dn. Tabor. *in Ichnog. doctr. feud. p. 2. n. 2.* indeque etiam hypothecaria, *arg. l. 1. C. comm. de legat. §. 2. I. de legat.* non autem rei vindicatio: Gothofr. Anton. *diſp. feud. 13. th. 1. lit. H.* Dn. Struv. *d. c. 7. aph. 3. n. 3.* quia dominium utile, antequam res fuerit tradita, in Vaſallum non transferri, dictum eſt ſupr. θ. L. Diſs. quoad rei vindicationem Dn. Tabor. *d. loc.*

LIII.

Aut II. præter promiſſionem facta eſt inveſtitura & quidem abuſiva

abuſiva ſymbolica: quo caſu quænam ad conſequendam rem detur actio, variè diſſentiunt DD. Quidam eam vocant præſcriptis verbis: eò quod in jure hoc contractui feudali proprium non ſit inditum nomen; nonnulli actionem ex feudo, item ex inveſtitura: quia contractus feudalis ſit nominatus, ideoque hinc etiam oriatur nominata actio; alii actionem beneficiariam: cum feudum ſit beneficium; *II. F. 23. in fin.* alii condictionem ex Lege: quod ſicuti hæc detur de omni donatione, *d. l. 35. C. de donat,* ita etiam de feudis; alii & quidem communiter condictionem ex moribus: quoniam feudorum jura ſint ex moribus, vel, quod condictio hæc detur, quoties mores obligationem introduxerint, nec tamen exprimant, quo genere actionis experiundum ſit. *arg. l. un. ff. de condict. ex leg.* vid. Rittershus. *partit. feud. l. 2. c. 8. q. 5.* Borcholt. *cit. loc.* Dn. Tabor. *in ichnog. doctr. feud. p. 2. n. 3.* Schnobel. *diſp. feud. II. th. 2. ibiq.* Dn. Beier. Eandem verò hoc caſu competere actionem, quâ feudum ante inveſtituram peti poteſt, certum eſſe ſcribit Boc. *cl. 5. Diſp. 21. th. 6.* quæ opinio præ cæteris amplectenda videtur. Nec contractum, quo feudum conſtituitur, eſſe peculiarem, ab aliis juris Civilis contractibus diſtinctum, neque etiam ſemper eſſe nominatum, ſed pro diverſitatte negocii modò nominatum modò innominatum, oſtendit Finckelthaus. *diſp. 1. controv. 15. & ſeq.* Cum vero Vaſallus ſaltem ſymbolicè inveſtitus ullam rei vindicationem vel directam vel utilem non habeat, hinc ſi rei nondum traditæ poſſeſſio ad tertium aliquem pervenerit, adverſus illum is experiri nequit: Bocer. *d. diſp. th. 8.* niſi fortaſſe ipſi à Domino actio cedatur; *arg. l. fin. C. de hered. & act. vend.* Gothofr. Anton. *Diſp. feud. 18. th. 3. lit. A.* Dils. Ludwell. *cap. ult. p. 414.* ex præconcepta opinione, ac ſi per inveſtituram hanc dominium utile in Vaſallum transferatur. *vid. praced. th. L.*

LIV.

Aut III. Vaſallus abuſive de re præſenti, vel verbaliter, aut ſimul ſymbolice, factâ ei in utroque hoc modo rei abſentis aſſignatione aut conceſsâ poteſtate illam apprehendendi, eſt inveſtitus, ipſeque eam in ſingulis hiſce caſibus apprehendit, vel ceu ſucceſſor de re tanquam feudali nunc poſſidenda, Aut denique IV. proprie, actuali ſcil. in feudum inductione, eſt inveſtitus, ſecundum ea quæ ſupra *th. L.* ſunt dicta: in utriſque his membris, nempe III. & IV., ipſi competunt actiones ſeqq. ſcilicet utilis rei vindicatio;

II. F. 8 §. *Rei autem.* Vult. *d. c. n. 13.* Rittershus. *d. c. q. 2.* quâ actione Vaſallus non modò adverſus extraneum poſſeſſorem, ſed & ipſum Dominum, ſi rem feudalem detineat, uti poteſt, Zaſ. *de F. p. 6. n. 37.* qui hoc caſu ſe contra Vaſallum exceptione dominii tueri nequit. *arg. d. text. & l. 1. ff. ſi ag. vectig.* Rittershus. *cit. loc.* Quod ſi uterque, tum Vaſallus tum Dominus, rem feudalem vindicare contendat à tertio, Vaſallus Domino præfertur. Vultej. *d. c. n. 14.* Hart. Hartman. *l. 2. tit. de F. 54. Obſ. 12. confer.* Chriſtinæ, *vol. ult. Deciſ. 1. n. 48. 49. & deciſ. 21. n. 5.* Datur quoque eidem actio publiciana, ſi cauſam poſſidendi fortè non à domino ſed alio, quem putabat eſſe dominum, & ita bonâ fide habeat; item actio Confeſſoria & Negatoria de ſervitutibus aſſerendis vel negandis, nec non hereditatis petitio, & familiæ erciſcundæ actio, dummodo utroque hoc caſu feudum ſit hereditarium; communi quoque dividundo, ubi commune feudum Non regale dividendum; *arg. l. 4. ff. commun. divid. junct. II. F. 55.* §. *præterea Ducat.* item novi operis nunciatio; actio L. Aquiliæ ob damnum in re feudali injuriâ datum; arborum furtim cæſarum adverſus extraneum & cum hac concurrentes: actio furti, ſi lucri gratia ablatæ, & ad exhibendum, ut & locati, ſi colonus cæderit; quæ etiam datur, ſi Vaſallus commoditatem feudi locavit; item pignoratitia, ſoluto debito, ſi conſenſu Domini eam oppignoravit; actio depoſiti tam adverſus ſimplicem depoſitarium, qui rei feudalis cuſtodiam in ſe recepit, quàm contra ſequeſtrem; remedium *l. diffamari C. de ingen. manum.* adverſus Dominum, jus feudi amiſſum, & contra extraneum, illud ad ſe pertinere jactantem; vid. Gothof. Anton. *Diſp. feud. 13. th. 3.* Schnobel. *D. F. ult. th. 4. & ſeqq.* condictio ex moribus, ſi proprietate feudi privandus ſit Dominus; Ludwell. *Syn. J. feud. c. ult. p. 415.* quam etiam ad obtinendam inveſtituræ renovationem Vaſallo dari, communiter dicunt. Carpzov. *Jur. for. p. 2. conſt. 45. def. 23.* Et quamvis re evicta, iis caſibus, quibus de evictione adverſus Dominum rectè agitur, competere actionem præſcriptis verbis cum Cujac. ſtatuat Borcholt. *d. c. 9. n. 17.* vel condictionem ex moribus Roſenth. & ab eo citati *c. 8. concl. 56. in fin.* quam per condictionem ex Lege etiam intelligere videtur Ludwell. *d. loc.* eandem tamen, ad præſtandum ſcilicet vel feudum æquivalens vel

pretium

pretium in aliud ſimile comparandum,vid. ſupra θ.33. hic dari,quâ pro ratione conventionis ſeu negocii,quo feudum conſtitutum eſt, res ipſa peti poterat, *ut ante hac theſi dictum*,verius videtur; Bocer. *d. Diſp. th. 9.* Schnobel. *d. D. th. 8.* actionem verò ex ſtipulatu competere, ſi evictionis nomine ſtipulatio interpoſita fuerit,per ſe patet. Dn. Tabor. *Ichnogr. doctr. feud. p. 2. n. 6.* Denique remedia etiam poſſeſſoria competere, tradunt DD. & quidem adipiſcendæ poſſeſſionis, Schrad. *de F. p. 9. pr. p. 2. ſect. 3. n. 78.* retinendæ, Idem *n. 30.* Roſenth. *d. c. 10. concl. 42. n. 68.* & recuperandæ, etiam adverſus Dominum, omiſsâ tamen verborum aſperitate. Roſenth. *d. tr. c. 12. concl. 42. n. 12.* Obrecht. *de F. l. 4. c. ult. n. 22.* vid. quoque Gothofr. Anton. *d. Diſp. th. 4.* Schnobel. *d. D. th. 9. & ſeqq.* Domino autem ſervitia indebita, vel pro qualitate feudi nimis magna exigente, Nobile officium judicis implorari & mandatum de non amplius gravando aut turbando cum clauſula juſtificatoria obtineri poſſe, docet quoque *arg. l. 6. ff. de off. Præſid.* cum Curt. Vult. & Roſenth. Obrecht. *d. c. ult. n. 15.*

LV.

Denique quoad inveſtientem ſeu Dominum effectus,in genere conſiderati, ſimiliter concernunt vel illius perſonam, vel rem ipſam per inveſtituram conceſſam. Ratione rei diſtinguendum, an tantùm facta ſit abuſiva, an verò propria: Priori caſu & quidem ſi poſſeſſio non fuerit aſſignata, Dominus Vaſallo, traditionem rei petenti, vel ipſe illam præciſe actu tradere, vel ut Vaſallus poſſeſſionem ejus apprehendat, permittere tenetur: *II. F. 26. §. ſi facta.* Zaſ. *de F. p. 6. n. 12. vid. ſupr. θ. L.* idque ex mutua obligatione,quæ inter Dominum & Vaſallum contracta eſt; ſicuti enim Vaſallus ob factam inveſtituram ad fidem & regulariter ſervitia obligatur, *II. F. 3. §. ult.* &, ut hæc præſtet, præciſè compelli poteſt; ita viciſſim Dominus obſtringitur, ut rem, de qua facta eſt inveſtitura, tradat: quia contrahentium æqua debet eſſe conditio; *l. 7. ff. de reſc. vend.* qua traditione peracta, nec non Poſteriori caſu Dominus ſibi retinet in re ſingulisque ejus ſpeciebus directum dominium: hæc enim feudi eſſentia eſt, ut proprietas rei maneat penes Dominum concedentem, uſusfructus verò & quaſi dominium in Vaſallum tranſeat: *II. F. 23. in fin.* adeò, ut nec pacto aliud effici

 poſſit.

poſſit. *arg. d. t. & 8. §. ult. eod. lib.* Ruding. *l. 2. var. lect. feud. 81.* Matth. de Afflict. *in prælud. feud. n. 57.* Diſs. Zaſ. *de F. p. fin. n. 33.* Duaren. *de F. c. 2. n. 8.* Et propter hoc dominium directum videtur quoque Domino tribuenda poſſeſſio feudi civilis; Dn. Struv. *d. c. 11. aph. I.* qui etiam dominium hoc alteri ſubinfeudare, non autem per ſe ſive ſeparatim ſine curia, citra conſenſum Vaſalli, alienare poteſt. *II. F. 34. §. 1. ubi* Bitſch. *& 55. §. 1. verſ. Præterea Ducatum in fin.* Obrecht. *de F. l. 3. c. 15.* ubi limitationes annectit. Perſonam Domini quod attinet, viciſſim ad fidelitatem tenetur Vaſallo: ſiquidem inter utrumque mutua eſt obligatio; *II. F. 4. §. Dominus* Zaſ. *de F. p. 7. n. 56.* quamvis hanc à parte Domini non æquè latè patere dictum ſup. *th.* XL. videatur quoque Chriſtinæ. *vol. ult. deciſ. 25. in fin. &* Obrecht. *d. l. 3. c. 14. n. 9. & ſeqq.* tametſi, quod hic inter alias differentias adducit, *d. c. 14. n. 12.* Vaſallum cum Domino litigantem ad jurandum de calumnia teneri, non probemus, per text. ab ipſomet pro ſe citatum *II. F. 33. §. in quibus.* niſi id cum nonnullis DD. quis ad Vaſallum injuratum reſtringere velit; in quo juramenti hujus præſtationem uſu receptam eſſe refert Dn. Præſes in Comment. *ad tit. C. de jurejur. propt. cal. dand. c. 4. §. 5.* Ad claſſem hanc etiam ſpectat, quod Dominus Vaſallo ad præſtandam evictionem & ad id, quod intereſt, ob moram, in tradendo feudo commiſſam, ſecundum ea, *quæ th. 33. & 50.* ſunt dicta, nec non ad faciendam inveſtituræ renovationem ante lapſum anni & diei, Vaſallo interea temporis eam petente, teneatur. Obrecht. *d. c. 14. n. 4 5. 7.* & quidem tempus hoc invito Vaſallo nec coarctari nec prorogari poſſe oſtendit Dn. Struv. *d. Synt. c. 10. aph. 7. n. 3. & ſeq.* Cæterùm quænam actiones Domino ratione retenti directi dominii dentur, latè tractat Carpzov. *Diſp. feud. X. th. 18 & ſeqq.* Gothofr. Anton. *Diſp. feud. 13. th. 5. & ſeqq.* Schnobel. *Diſp. feud. ult. th. 13. & ſeq.* conferatur Dn. Tabor. *in d. ichnogr. p. 2. n. 5. & ſeqq.* Chriſtinæ. *vol. ult. deciſ. 1. n. 41. & ſeqq.* aliique ab illis citati.

LVI.

II. Effectus in ſpecie & quidem (I.) inveſtituræ iteratæ ſive renovatæ eſt, quod illa primam confirmet; *arg. c. quia intentionis 29. X. de privileg.* Grevæ. *lib. 2. concluſ. 1. n. 11.* utpote à qua nequa-

nequaquam recedendum: cum ſit radix, fundamentum & cynoſura omnium ſequentium; *arg. II. F. 3. pr. & 14. ibiq; Gl.* Borell. *conſ. 1. n. 115. & ſeqq.* quæ ſecundum primæ illius tenorem ſunt declarandæ, Obrecht. *de F. l. 2. c. 8. n. 110.* & corrigendæ, ſi qualitates inveſtituræ primæ in iis, etiam ſæpiùs iteratis, ſint immutatæ; Schrad. *Conſ. 14. n. 322. & ſeqq.* id quud errore factum eſſe præſumitur, Chriſtinæ. *d. vol. deciſ. 14. n. 40.* qui hinc vel Dominis, vel Vaſallis, eorumve ſucceſſoribus neutiquam nocere & ſemper revocari poteſt: Roſenth. *de F. c. 6. concl. 69. n. 17. & ſeqq.* Coppen. *Obſerv. jur. feud. 5. n. 25.* niſi mutatio conſenſu & Domini & Vaſalli omniumque, quorum intereſt, facta, idque literis inveſtituræ expreſſe inſertum fuerit, Sixtin. *Conſ. Marpurg. 18. n. 45. vol. 2.* Beſold. *Conſ. 258. n. 80.* Ludwell. *de renov. inveſt. c. ult. p. 390.* (II.) Simultaneæ inveſtituræ effectus eſt, quod inde inter inveſtitos communio oriatur ad jus ſuccedendi, hocque ad deſcendentes transmittatur, & inveſtiti feudum à poſſeſſore in tertium alienatum revocare poſſint. Obrecht. *d. l. c. 9. n. 12. & ſeqq.* (III.) Effectus Exſpectativæ, ut vocant, conceſſæ eſt, quòd is, cui ea obtigit, ſpem feudi acquirendi in deſcendentes itidem rransmittat; ſecundum ea, quæ tradit Schnobel. *Diſp. feud. 5. th. 28.* confer. *ſup. θ. 9.*

CAPUT XI.

De

Contrariis & Affinibus.

LVII.

CONtraria ex præcedentibus ad inveſtituram requiſitis, non obſervatis, facile intelligi poſſunt; inter quæ etiam referturomiſſio renovationis inveſtituræ intra annum & diem, doloſe vel per negligentiam inexcuſabilem, vel à Vaſallo non petitæ; *II. F. 22. §. ult. 55. pr. in fin. & 92.* vel à Domino ad factam petitionem non peractæ; *arg. II. F. 6. & 58. junct. txx. proximè citat.* Ob quam non ſolùm Vaſallum ſecundum dd. text. ſed etiam Dominum jure ſuo privari, docet Ludwell. *d. c. ult. p. 391. & ſeqq.* idem de inveſtitura ſimultanea aſſerit Obrecht. *d. c. 9. n. 26.* eique etiam repugnare diviſionem bonorum feudalium, & inveſtituram, ſeparatam de iis initam, vel mutuo diſſenſu iterum plane diſſolutam, *n. ſeqq.* tradit.

tradit. Ob juſtas autem & quasnam cauſas uterque à dicta privationis pœna excuſetur, cum ampliationibus & limitationibus prolixè oſtendit Ludw. *d. c. p. 396. & ſeqq.* ubi etiam & quidem *p. 420.* pœnam hanc in Gallia & Mediolani non receptam eſſe, ex aliis refert; eandemque nec in Regno Neapolitano obſervari & Vaſallum hinc relevium ſeu laudemium duplicatum ſolvere, meminit poſt plures Dn. Myler ab Ehrenbach *de Princ. & Stat. Imp. c. 91. n. 13.* In genere etiam notare Interpretes, quod Principes ac Domini feudi rigorem illum juris non ſoleant obſervare, dictatâ aliâ aliquâ pœnâ, niſi culpam planè condonent, inquit Dn. Struv. *d. Synt. c. 10. aph. 9. n. 3.* In majorem verò cautelam Vaſalli, dicto tempore impediti, literas moratorias ſive indultum, Germ. Sönts-Brieff/ impetrare ſolent; Roſenth. *d. c. 6. concl. 57. n. 5.* Confer. *ſupr. th. 25.* Idq; etiam in Principibus & Statibus imperii, teſte quotidiana praxi, obtinere, ait Dn. Myler. *d. c. n. 17.* idemq; notat Dn. Oldenburger. *in Limna. enucleat. l. 2. c. 18. n. 2. in fin.* ubi taxam quoq; ann. 1626. & 38. uſitatam refert. Electoris tamen vel alîus Principis aut Status defuncti legitimum ſucceſſorem, vel, eo adhuc minorēne, Adminiſtratorem, nec non id genus Eccleſiaſticos ſuffectos, etiam ante petitam & impetratam ab Imperatore inveſtituram, ſeſſionem & votum in Comitiis habere aliaque jura exercere poſſe, exemplis ſimul adductis, latè oſtendit Bertram. *de Comit. concl. 40.* & alii, quos citat & ſequitur Schüz. *in Colleg. Jur. publ. vol. 1. Diſp. 2. th. 11. lit. D. & F. & Diſp. 7. th. 18. lit. 1.* Rümelin. *ad A. B. Diſſert. 6. cor. 2.* Limnæ. *3. I. P. 7. n. 3. & ſeqq.* Arumæ. *de Comit. c. 7. n. 125. & ſeqq.*

LVIII.

Affinis eſt præſcriptio: Si quis triginta annis rem alienam tanquam feudalem bonâ fide poſſederit, eoque nomine ſervitia præſtiterit, *I. F. 18.* vel à poſſeſſore rei reverà liberæ tanquam à Vaſallo illa receperit. *II. F 26. §. 4.* Bitſch. *ibid. & ad tit. 33. eod. lib.* Dn. Tabor. *in ichnogr. doct. feud. p. 1. n. 19.* Quò etiam referunt, ſi Imperator aut Rex in feudi poſſeſſionem, non præſentibus *Paribus*, quem ingredi juſſerit. cum Baron. Schenck. Alvarott. & aliis Obrechr. *d. c. 8. n. 89.* Deniquè huc referri poteſt, quod loco inveſtituræ Civitates Imperiales petant privilegiorum confirmationem cum ſolutione taxæ, homagiumque Imperatori vel ejus Commiſſariis Magiſtratus & Cives præſtent. Sprenger. *in Lucern. mod. ſtat. p. 237. & fontib. jur. publ. p. 1392. & ſeq.* ubi. Argentoratum tamen inde ab Ottonis III. tempore id non præſtitiſſe, addit.

Atq; ita propoſitum portum mea carbaſa tangunt:
Sit meritò ſoli gloria lausq; DEO!

Pag. 50. lin. 4. pro verb. contractibus ſubſtituendum negociis.